a *Ait prætor*.ſcilicet tacitè.ſic ſupra titu.j.l.ſi quis ex argentariis.§.prohibet.& eſt ideo,quia ſubauditur demum.

Calliditas & fallacia differunt.

b *Calliditate*.calliditas eſt in tacendo: vt infra de act.empt.l.j.§.finali.ſed fallacia eſt in mentiendo: vt infra de furtis.falſus.§.ſi quis.Accurſius.

c *Quotiens*.hæc definitio Pedij conſonat definitioni Seruij: ideoque reprobatur per Labeonem: vt.j̃.de dolo.l.j.§.j.ſecundũ quoſdã.ſed Ioã.dicit quòd ibi largius pro omni calliditate dolus accipitur: hîc autem pro ea ponitur tãtùm quæ fit in ſimulatione.

d *Sed ſi fraudandi*.nihil prætor adiicit,ſcilicet expreſſè habita mẽtione fraudis: ſed tacitè adiicit.cũ enim dicit, nec dolo malo, videtur & hîc notare, ſcilicet de fraude.ſed tamen neglectum videtur,cum ea quæ &c. vt infra de iniur.l.item apud Labeonẽ.§.hoc edictum.& ſecundum hoc dolus eſt genus,& ineſt fraus ei vt ſpecies generi: & fraus tunc tantũ dicatur,cum mei cõmodi cauſa: ſed dolus dicatur etiam ſine meo commodo:& erit bona argumẽtatio de toto ad partem negando,hoc modo: nõ ſeruabit prætor pacta dolo inita:ergo nec fraude.ſed non valet affirmando. Alii dicunt fraude, id eſt reipſa ſine conſilio.dolo, quãdo re & conſilio. ſed cõtra: vt infra de regu.iur.fraudis.ſed nõ obſtat,quia duplex eſt fraus. vna re & conſilio.& de hac loquitur.d.l.fraudis.alia re tantũ, quam facio quãdoque gratia iuris mei conſeruandi vel habendi: vt.j̃.de verbo.oblig.ſi quis cum aliter.in fin. cuius exemplũ erit. C. de reſcin.ven.l.ij.& ſic bene ſequitur:ineſt dolo & fraus, vt dicitur ineſſe genus ſuæ ſpeciei:quia fraus poteſt eſſe dolus: & poteſt nõ eſſe: & ita fraus eſt generis ſpecies. Tertij dicunt hîc loqui de fraude expreſſa:vt de metu & vi,de qua prætor nõ dixit, ſed de ſimulata tantùm.& ſecundum hanc ſimiliter ineſt dolo fraus vt genus ſpeciei.& ſic non erit dolus,vbi eſt vis & metus.quod eſt verum per hanc.l.ſecus per aliam: vt.j̃.de dolo.l.j.§.j. cum omnis machinatio & fallacia & ſimilia faciant dolum. Vel dic quartò, ꝙ ſunt nomina per omnia paria,& vnum in altero ineſſe, & econtra.& ſecundum has quatuor expoſitiones hic verſic. ineſt enim &c.non ad proxi.ſed ad ſupradicta refertur diuerſimodè, ad excuſationem quare prætor de fraude non dixit. Vel poteſt referri ad dictum proxi.tamen ita bene dico eſſe ſuperuacuum. cum enim in primo pacto fuerat dolus, & per cõſequẽs fuerat fraus, prout fraus eſt ſpecies, ſi ergo excipiatur de pacto illo, & poſſit de dolo & fraude replicari: ſuperfluum quidem eſt plus de cætero tractare de pacto de petendo.

* Vide Alcia.in.l aliud eſt fraus.j̃.de verb.ſig. Fraus duplex eſt.

Dolo ineſt fraus.

e *Aut iniquum*.ſi nitor pacto expugnare quod aliàs efficax eſt, iniquè facio.ſi autẽ ius tuum inefficax eſt, ſuperuacuè facio, ſecundum Ir.cum ergo iniquum eſt vel ſuperuacuum, non datur actio:vt.j̃.man.l.ij.§.j.&.§.de procu.licet.§.ea.Arg.contra.j̃.de nego.geſt.ſi pupilli.§.item ſi procurator.in fi.&.j̃.e.non impoſſibile.& C.de iur.do.l.ij.& de rei vxo.act.in prin.§.j.

f *Deſtruere*.ſcilicet per fraudem.

g *Enim*.pro quia.Accurſius.

h *Siue autem*.& fit dolus in initio pacti, quãdo dolo quis inducitur ad paciſcendum:vt C.de tranſac. ſub prætextu inſtrumenti.§.j.&.j̃.de dolo.l.& eleganter. §.j.poſt pactum fit quando in pacto conuenta non ſeruantur:vt C.de pact.cũ proponas. & C.

A de tranſ.ſiue apud acta.&.j̃.de exce.doli.palã.§.quæritur ſi quis.

i *Exceptio*.doloſo:& largè ſumitur pro actione, exceptione, & replicatione.

k *Ne quid fiat*.ſed vbi ſunt hæc? Reſpon.non habemus ea: ſed æquipollẽtia:vt.s̃.e.§.prætor ait.& facit ad iſtum §.j̃.de peti.here.l.ſed & ſi.§.ſi quod ab initio.&.j̃.qđ me.cau.l.j.&.l.ſi mulier.§.qđ ait.&.j̃.de condic.ſine cau.l.j.§.ſiue autem.

*Dolo malo* ait prętor [a] pactũ ſe nõ ſeruaturũ. Dolus malus fit calliditate [b] & fallacia. Et(vt ait Pedius) dolo malo pactum fit, quotiẽs [c] circũſcribẽdi alterius cauſa aliud agitur,& aliud agi ſimulatur.

De pacto inito per fraudẽ, edictũ prętoris nõ facit expreſſã mẽtionẽ, ſed ſolũ de inito per dolũ. nec expediebat mẽtionem facere de fraude: quia fraus eſt ſpecies doli, & ineſt dolo, prout ſpecies ineſt generi: & ad remotionẽ generis ſequitur remotio cuiuſlibet ſpeciei. Vnde cũ in edicto prętoris cautũ ſit nõ eſſe ſeruãdũ pactũ dolo initũ,per cõſequẽs etiã nec fraude initũ. Itẽ omne pactũ fraudulẽter extortũ,vel eſt iniquũ, vel ſuperfluũ.iniquũ, quãdo extorquet quod exrorqueri nõ debebat. ſuperfluum, quãdo extorquetur id quod extorqueri nõ erat neceſſe. h.d.in effectu, ſecũdum primã lecturam gloſ.Alexand.de Imola.

Sed ſi fraudãdi [d] cauſa pactũ factum dicatur,nihil prętor adiicit, ſed eleganter Labeo ait hoc aut iniquum [e] eſſe,aut ſuperuacuum. iniquũ, ſi quod ſemel remiſit creditor debitori ſuo bona fide,iterũ hoc conetur deſtruere. [f] ſuperuacuum, ſi deceptus hoc fecerit. ineſt enim [g] dolo & fraus. *

Siue dolus committatur ab initio in cõtractu, ſiue ex poſt facto, parit exceptionem doli. Alexand.

Siue autẽ [h] ab initio dolo malo pactum factum eſt, ſiue poſt pactum dolo malo aliquid factum eſt: nocebit exceptio, [i] propter hæc verba edicti, *neque fiat*. [k]

Si p̃cedit interrogatio,& ſequatur reſponſio: præſumitur ſtipulatio,niſi probetur contrariũ. Bart.

B Quod ferè nouiſſima [l] parte pactorũ [m] ita ſolet inſeri, *Rogauit Titius, ſpopondit Mæuiꝰ*: hæc verba nõ tantũ pactionis loco accipiuntur, ſed etiã ſtipulationis, [n] ideoq; ex ſtipulatu [o] naſcitur actio: niſi cõtrarium ſpecialiter adprobetur, [p] quòd nõ animo ſtipulantium hoc factũ eſt, ſed tantùm paciſcentiũ.

Pactũ per quod tollitur ius priuati,ſibi publica auctoritate conceſſum, valet: ſecus ſi tolleretur ius

C publicum: quia tunc non valet, etiam ſi fuerit iuramento vel ſtipulatione firmatum. Bartolus.

Si paciſcar, ne pro iudicati, [q] * vel incenſarũ [r] ædiũ agatur: hoc pactũ valet. Si paciſcar ne operis noui nũciationẽ [ſ] exſequar, quidam putãt nõ valere pactionem: quaſi in ea re prætoris imperiũ [t] verſetur. Labeo autem diſtinguit, vt ſi ex re familiari operis noui nunciatio ſit facta, liceat paciſci: ſi de re publica, non liceat. [u]

l *Quod ferè nouiſſima*. id eſt vltima.nam in fine ſubſcribũtur teſtes: vt in authen.de fid. inſtru.§.ſed ſi inſtrumenta.in prin.coll.v. antea anni domini, & poſtea narratio contractus:vt in authent. vt præpo. no.impe.in prin.col.v. circa fi. ergo ſtipulatio ponit̃: vt hîc. & quòd dicit pactorum, dic, id eſt inſtrumentorum in quibus cõtinentur pacta:& ſic ponitur [a] cõtẽtum pro continẽte. & dic rogauit. i. interrogauit: vt.s̃.de adop.l.ij.§.j.Accur.

m *Pactorum*. id eſt inſtrumentorum,in quibus pacta cõtinentur.

n *Stipulationis*. licèt re vera ſtipulati non ſint, ſecundum Ir.quod H. non placet.

o *Ex ſtipulatu*. ſi eſt incertum ibi deductũ. ſi autẽ certũ,certi condictione agitur: vt inſtit.de ver.obli.in prin.

p *Contrarium approbetur*. ſed qui contrariũ dicit, nõne dicit quòd

D inſtrumentum eſt falſum? nam inſtrumentum dicit rogauit. fuit ergo ibi interrogatio & reſponſio:ergo ſtipulatio. Reſpon.non ſequitur. [b] quid enim ſi ex interuallo? Reſpon. nõ eſt ſtipulatio: vt.j̃.de verb.oblig.l.j.§.j.vel inter abſentes: [c] vt inſtit.de inutili.ſtip.§.item verborum. non ergo falſum dicit ideo inſtrumentũ. Item nunquid fiet hæc probatio per ſcripturam tantũ aliam cõtra hanc ſcripturã? videtur quòd ſic:vt C.de non nu. pecu. l. generaliter.ſed illa lex loquitur circa ſubſtantiã ſiue cauſam obligandi:hæc autem circa ſolennitatem obligandi: ideoque etiam per teſtes in contrarium recipiam [d] probationes:vt C.de cõtrahen.& commit.ſtipu.optimam.in fin.

a]Hoc verum,quando aliter nõ poteſt ſortiri effectum. P.in l. certo. j̃ de ſerui. ruſti.

* ne iudicati.

b]Deciſionẽ gl. ſequi- Bart.Pau. Ale.& Ia-

c]In hoc gl. diſplicet.B. Bal.Ang. Pau. & Alexan.

d]Bal.dicit iſtam gloſ. ſing. ad hoc quòd falſitas non probatur niſi de neceſſitate probetur, & etiam neceſſario cõcludat. Bolog.

q *Si paciſcar, ne iudicati*. ſed tranſactio ſuper iudicato non valet, niſi ſententia in dubium reuocetur:vt.j̃.de tranſa.l.& poſt rem.

r *Vel incenſarum*.ſcilicet iam.aliàs ſecus:vt infra eo.ſi vnus.§.pacta quæ turpem.

ſ *Nunciationem*.quæ fit tribus modis.per prætorem. item per iactum lapilli.& his duobus modis retinemus poſſeſſionẽ ſi habe-

E mus.& per ſimplicem nunciationem:& hoc caſu perdimus poſ. vt infra de no.ope.nun.l.de pupillo.§.meminiſſe.

t *Imperium*. quia prætor ad ſuam curam adeo reuocat nunciationem,vt etiam iuſtè ædificatum faciat deſtrui: vt infra de ope.no.nun.l.prætor.ideo non videbatur poſſe tranſigi ſine eo.

u *Non liceat*. fit enim nunciatio & de re priuata, & publica: vt infra de no.ope.nun.l.j.§. nunciatio.&.l.de pupillo. §. ſexus. primo caſu tenet remiſſio:vt hîc,&.j̃.de ope.no.nun.l.j.§. inde quæritur.ſecundo non. Sed an idem qui remiſit nuncia.de ope.publi.aget poſtea? Reſpon.quidam quòd non:vt infra de adult. ſi maritus.§.ſi negauerit.& C.ad Turpillia.quamuis. ſed Ioann. eundem admittit:vt infra de ſepulch.vio.l.iij.§.antepenult.aliàs non eſſet differentia inter publicum & priuatum: vt infra eod. ſi vnus.§.item ne.nec obſt.dicta.l.de adulte. quia ibi erat iam lis ab alio conteſtata. vel ſpeciale in adulterio. item illa ad Turpill.

UNED

Turpil.quia de tali crimine ibi intelligitur de quo poterat tráſigi. vel dic vt ibi not.Item quid ſi partim de publico, partim de priuato commodo agitur? Reſpon. pro priuato tenet remiſſio & pactio, pro publico non: vt infra de procur.l.licet.in princ.&.l. non cogendum.§.qui ita.

quæ diſtinctio vera eſt.Et in cæteris igitur omnibus ad edictum [a] prætoris pertinentibus, quæ non ad publicam læſionẽ, ſed ad rem familiarem reſpiciunt, paciſci licet.nam & de furto[b] paciſci lex† permittit. Sed & ſi quis paciſcatur ne depoſiti[c] agat, ſecundum Pomponium valet pactum. Item ſi quis pactus ſit,vt ex cauſa depoſiti omne periculum [d] præſtet, Pomponius ait pactionem [e] valere: nec quaſi [f] contra iuris formam factam non eſſe ſeruãdam. Et generaliter quotiens pactum à iure communi remotum eſt, [g] ſeruari hoc non oportet, nec legari, [h] * nec iuſiurãdum de hoc[i] adactum ne quis agat, ſeruandum Marcellus libro ſecundo digeſtorum ſcribit. Et ſi ſtipulatio[k] ſit interpoſita [l] de his pro quibus paciſci non licet, [m] ſeruanda non eſt: ſed omnimodo reſcindenda. †

Expeditus iuriſcon. de literali expoſitione edicti, nunc venit ad tractãdum quaſdam varias & diuerſas quæſtiones circa materiam iſtam: & breuiter hoc intendit: Pactum factum ei qui eſt vel futurus eſt heres, ſtatu non mutato valet quo ad pacti exceptionem: ſed ſtatu mutato valebit quo ad exceptionem doli, vel vtilis pacti. Bartolus.

Si ante aditam hereditatem paciſcatur quis [n] cum creditoribus, [o] vt minus ſoluatur, pactum valiturum eſt. [p] ſed ſi ſeruus ſit qui paciſcitur priuſquam libertatem & hereditatem apiſcatur, *

a *Ad edictum*.quo aliquid prohibetur, vel pręcipitur.& no.quòd in genere dicit, ſcilicet quodlibet edictum. & accipe exemplũ ex inferioribus. ſ. furto, & depoſito,& ſimilibus.

† 12.tab.vt ait Feſtus & Gellius.

b *Nam & de furto*.ſcilicet iam facto.nam de futuro nõ:cum tali pacto homines ad furandum inuitentur: vt. ῑ. de pa.do.l.conuenire.

c *Ne depoſiti*. dic ratione pręteriti doli vel culpæ: vt concordet præcedentibus.vel dic etiã ratione futuri: & ſic etiã dolus [a] remittitur tacitè: vt.ῑ.eod.ſi vnus.§.illud.Accur.

a] Nihil eſt, Bar.& P.

* Recta eſt hæc lectio Floręt.& eã Græca metaphraſis cõfirmat.itaque perperã eam Duarenus & alius non nominandus accuſat.

d *Omne periculum præſtet*. id eſt periculũ adueniens per omnem culpam: nõ vt de caſu fortuito teneatur.

e *Pactionem*. valet generaliter ſuſcipere periculum:vt hîc.ſed cõtra.ſ. ſi quis cau.ſed & ſi. §. quæſitum. ſed dic tres eſſe in hoc ſententias: vt ibi diximus.

† An & quãdo pacta & promiſſa non ſeruare liceat, pulchrè Cic.li. 3.Offi.

f *Nec quaſi*. Not.duæ negationes faciunt affirmationem vnam:vt infra de verbo. ſignifi. duobus.

g *Remotum eſt*. id eſt contrarium iuri communi. vel dic aliter, id eſt remotum eſt à iure communi ſingulorum priuatorũ, id eſt quod ſpectat ſingulariter & ſpecialiter ad ſingulos: ſecundariò tamen pertinet ad rempublicam: vt inſti. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. §. expedit enim,&c.

* adipiſcatur.

h *Legari*. vt ſi lego campum Martium,vel columnas domus:vel veſtes dicat ſecum funerari: vt infra de leg. j. apud Iulianum. §.fin.&.l.cætera.&.l. ſi ſeruo alieno.§.fin.

i *De hoc*. ſcilicet pacto inito contra ius commune vel publicum: vt. C.de nup.authen.quod eis.arg.ῑ.de leg.j.ſi quis inquilinos.§.vlt.& facit.C.de inſtit.& ſubſtit.reprehendenda.

k *Et ſi ſtipulatio*.aliàs lex incipit hîc: aliàs non.

l *Interpoſita*.vt ſuper principali: vel ſuper pœna.

m *Non licet*. id eſt non eſt licitum: alioquin contra: vt vbi quis alteri ſtipulatur.fit enim ſtipulatio quãdoque ſecundum legem: & tunc valet principalis. & pœnalis, ſi fuerit interpoſita. quandoque contra legem: & tunc neutra: vt hîc,&.ῑ.de verb.oblig. l.ſtipulatio hoc modo. &.C.de legi.l.non dubium. quandoque præter legem: & tunc valet pœna: vt infra de verbo.oblig.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ſecundum Io.

Stipulatio tripliciter fieri poteſt.

n *Quis*.futurus heres, poſt mortem tamen: aliàs doli exceptio datur: [b] vt infra eod.l.proxi.§.idem probat & ſi filius.

b] Gloſ.ſequitur Alex.

o *Creditoribus*.hereditariis. Accurſius.

p *Valiturum eſt*. licèt in rem nondum ſuam factam.

q *Quia ſub conditione*.ſecus ſi purè: [c] vt.ῑ.pro.rñ.& eſt [illegible]io:quia tunc ſtatim mortuo teſtatore etiã inuitus & ignorans eſſet liber: vt inſti. de here.qua.& dif.in prin.&.ῑ.ſi cer.pe.l.eius qui.in fin.

c] Idẽ Alex.

ff. Vetus.

A

[ET SVVM.]CASVS. Si filium inſtituam vel ſeruum purè: ſi paciſcar cum creditoribus, valet pactum. [IDEM PROBAT.] Cum plures eſſent creditores in hereditate, quorundam mandato hereditatem adiui.ſi alij qui non mandauerunt,me inquietant: habeo actionem mandati contra illum qui mandauit. [HODIE.]Dictum eſt ſupra proxi.vtrum pacta heredibus proficiant. hîc autẽ vult dicere an talia pacta noceãt aliis creditoribus. & quidẽ ſi omnes conſentiunt,omnibus nocet.ſi vero diſſentiunt, quia quidam vult remittere.c. alter vero. l. voluntatem illius qui plus vult remittere,ſequimur. nam illa maior pars dicitur: vt in. l.maiorem.quæ continuatur cum iſta:& plana eſt.

quia ſub conditione [q] heres ſcriptus fuerat, non profuturum pactum Vindius ſcribit.

Hodie in his quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis: quod fit à maiori parte, præiudicat aliis fauore liberationis. Bartolus.

B

Marcellus autem libro octauodecimo digeſtorum, Et† ſuum heredem, [r] & ſeruum neceſſarium purè ſcriptos, paciſcentes prius quàm ſe immiſceant, putat rectè paciſci: quod verum eſt. Idem & in extraneo herede: qui ſi mandatu creditorum[ſ] adierit, etiam mandati [t] putat eum habere actionem. Sed ſi quis, vt ſupra retulimus, [u] in ſeruitute pactus eſt,negat[x] Marcellus: quoniam non ſolet ei proficere ſi quid in ſeruitute egit, poſt libertatem. quod in pacti exceptione admittendum eſt. [y] Sed an vel doli ei proſit exceptio, quæritur. Marcellus in ſimilibus ſpeciebus, licèt antea dubitauit, tamen admiſit: vtputa filiusfamilias heres inſtitutus [z] pactus eſt cum creditoribus, & emancipatus adiit hereditatem: [a] & dicit doli eum poſſe vti exceptione. [b] Idem probat & ſi filius viuo patre cum creditoribus paternis pactus ſit. Nam & hîc doli exceptionem profuturam.imò & in ſeruo doli exceptio non eſt reſpuenda. [c] Hodie tamen ita demum pactio huiuſmodi [d] creditoribus [e] obeſt, ſi conuenerint in vnum, & communi conſenſu declarauerint quota parte [f] debiti contenti ſint. Si vero diſſentiant, tunc prætoris

C

D

† In vulgata editione hîc erat lex octaua Et ſuum.

r *Et ſuum heredẽ*. aliàs incipit lex:& aliàs nõ.

ſ *Mandato creditorum*. quorundam.

t *Etiam mandati*.ſi forte inquietetur ab aliis qui non mãdauerunt. & hoc ſi non omnes, vt dixi: vel non maior pars mandauit.tunc enim ſufficit exceptio. [d] ſed ſi dolo vnius adeo hereditatem: cum eo qui ſolus eſt, ago de dolo:vt infra de dolo. l.fin. & facit ad iſtum. §.ῑ. manda. ſi vt hereditatem.

d] Etiam actio mãdati poteſt cõpetere ſecũdũ Alexand.

u *Retulimus*.vt ſupra. §.ſed ſi ſeruus.

x *Negat*. ſ.ei prodeſſe exceptionem.

y *Amittendum eſt*.ſcilicet vt ei non proſit.

z *Inſtitutus*.ab aliquo extraneo.

a *Hereditatem*. alienã, non patris.

b *Vti exceptione*.eadem poteſt dici vtilis pacti.

c *Non eſt reſpuenda*. duobus caſibus valet ſeruo etiam in libertate, quod fecit in ſeruitute.vnus vt hîc: alius vt infra de except. rei vendi.l.j.§. ſi ſeruus. aliàs non: [e] vt infra de regu.iur. quod quis. quæ eſt contra. Item filiofamilias quare non datur directa pacti exceptio? Reſpondeo: [f] quia alius homo eſſe nunc videtur. ſic & aliàs vtilis actio datur: vel in factum de æquitate filiofamilias poſtea ſui iuris facto datur eadem ratione:vt infra de here.inſtit.quidam in fi.& infra manda. ſi vero non re.§. ſed ſi filiusfam. non autem directa: vt infra de verbo.oblig.ſi filiusfa. Sed videtur vtroque caſu directa quæri: quia hereditati adquiritur directa: & per conſequens heredi futuro ipſi filio vel ſeruo:vt infra de ſtipu.ſer.l.ſi ſeruus. Reſpon. [g] illud obtinet cum hereditati fuit pactus: hîc autẽ ſibi voluit per pactum adquiri.Item not.ſimilitudinem inter filium & ſeruum: quia vterque fuit alterius conditionis tempore pacti, & alterius tempore aditionis.

E

e] Gloſ.ſequitur Alex. & Iaſo.

f] Iſta gloſ. eſt de mẽte ſcriben.

g] Idem Alexan.& eſt de mente aliorum.

d *Pactio huiuſmodi*.ſcilicet de remittenda parte debiti heredi.

e *Creditoribus*. ſcilicet omnibus. ſed ſi non omnes conſentiant, eis tantùm qui conſentiunt nocet.

f *Quota parte*.habet locum dictum huius.l.& ſequẽtium ſecundum Ir.& ſecundum omnes, quãdo omnes vel maior pars conſentiunt in remittendo: ſed eſt diſcordia quantũ quilibet remittat.Sed quid ſi quidam ſunt qui volunt aliquid remittere? Dicũt quidã non habere locũ has leges: vt innuit hæc litera,quota,&c.

Sed contrarium poteſt dici: quia eadem eſt ratio. Sed quæ eſt hæc æquitas ſiue ratio quòd alij adſtringuntur pactis aliorum ſtare? Reſpon. quia pro eorum vtilitate fieri videtur: cum talia tunc fiant quando debitor non eſt ſoluendo. nec enim aliàs eſt veriſimile quòd illi iactarent vel effunderent pecunias ſuas: vt infra de proba. cum de indebito. §. j. Item nō haberet defunctus heredē. Item non haberēt creditores quem conuenirēt. Item not. hîc quòd omnes facere videntur quod facit maior pars, vt infra ad municipa.l. quod maior. & de regul. iur. l. aliud.§.j.&. ꝫ. de bon. auctori.iud. poſſeſ.l.fi. in princ.& infra de cu. bo.dan.l.ij. in princip. & infra de admi. tu. l. iij.§. penult. & inſtitu. de ſatiſda. tuto. §. ij. in fin. & infra depoſiti.l. ſi plures.& infra de teſti.ob carmen.§.fin. & in authent. de alie. & emphy. §. emphyteuſis.in fine.coll. ix. quandoque etiam duæ partes neceſſariæ ſunt: vt infra quod cuiuſque vni.l. nulli. & infra de decre. ab or. fa. l. ij. & C. de decu. l. nominationum.Accurſius.

† Ex iſto tex.colligitur quòd numerus perſonarū præualet dignitati. facit.l.fin. C. de bo.auctorit.iu.poſ.qđ verū intellige quando de cōmodo burſali tractatur. ſecus ſi de fide vel probatione veritatis: ſecundum Iaſ. hîc: quem videas.

a *Partes*. vel per ſe: vel per iudices ſuos.

b *Maiorem. Non pro numero*.ſic &. ꝫ. de priui. credi.l.j. & dic pro modo, id eſt quantitate.

c *Dignitate*. id eſt meliori ſtatu, ſiue opinione: vt hîc, & infra de vſufruct. ſed & ſi quis. §.j.non tantùm honore publico. & facit infra de re mili.non omnes.§.à Barbaris. & infra de fide. inſtru.l.fin. & infra de iudi. ſi longius. in fin. & infra de teſti.ob carmen.

d *Humanior*. ſcilicet quæ melior ſit debitori: vt arg.C.qui bo. ce.poſſeſ.l.fin.

*Si plures*.] CASVS. Dictum eſt ſupra quòd maior eſt pars creditoris pro modo debiti. hîc autem dicit qualiter: & vtrum plures vnius loco accipiantur. & dicit quòd ſi duo ſunt argentarij, vel rei ſtipulandi, habentur loco vnius. Item dicit, quòd ſi pupillus ſit creditor alicuius: qui pupillus habeat tutores plures: iſti tutores ſunt loco vnius. Item eſt contra, quando plures pupilli creditores ſunt alicuius qui in eodem debito vnum tutorem habent.nam loco vnius habetur tutor. & eſt ratio in litera. Item dicit, quòd ſi quis eſt creditor qui habeat plures actiones, quòd ille habetur loco non vnius, ſed plurium. Item dicit, pone: debebat mihi Titius ex vna parte.x.& ex alia.xij.& ex alia. xx.nunquid coaceruabuntur omnes iſtæ ſummæ meæ, vt ſic tibi præferat? Et reſpon.quòd ſic: & poteſt in ſumma vſura cōputari.

e *Facta ſunt*.id eſt ſcripta.

f *Vnum debitum eſt*.quantùm ad vnam ſolutionem, vel exactionem: vt. ꝫ. de duo.reis.l.iij.§.fi.ſed etiam plura dici poſſunt propter multas partes, ſiue propter multos creditores: vt. ꝫ. de cōdi. & demon.hæc ſcriptura.&. ꝫ. de duo.reis.l.eandem.§.fi.

g *Quia vnius*. ſubaudi debiti: aliàs eſſet mala ratio: vt ſtatim probari poteſt.

h *Si conuenerit*.ſcilicet vt quota parte debiti ſit contentus.

i *Nam difficile eſt*.id eſt impoſſibile hoc caſu.& not. vnum non poſſe ſubire vicem duorum: vt hîc, &.C.de aſſeſ.l.fi.in princ.&

partes [a] neceſſariæ ſunt: qui decreto ſuo ſequetur maioris † partis voluntatem.

Maior pars intelligitur pro cumulo debiti, nō pro cumulo perſonarum: niſi quando in cumulo debiti eſſet æqualitas. Bart.

### VIII. PAPINIANVS *libro decimo Reſponſorum.*

B Maiorem eſſe partē pro modo debiti, non pro numero [b] perſonarum, placuit. Quòd ſi æquales ſint in cumulo debiti: tunc plurium numerus creditorum præferendus eſt. In numero autem pari creditorum, auctoritatem eius ſequetur prætor, qui dignitate [c] inter eos præcellit. ſin autem omnia vndiq; in vnam æqualitatem concurrant, humanior [d] ſententia à prætore eligenda eſt. Hoc enim ex diui Marci reſcripto colligi poteſt.

C Prætendentes vnum debitum vel plura debita, ſi competant vni, ſemper loco vnius habentur. Bartolus.

### IX. PAVLVS *libro ſexageſimo ſecundo ad Edictum.*

Si plures ſint qui eandem actionem habent, vnius loco habentur: vtputa plures ſunt rei ſtipulandi, vel plures argētarij, quorum nomina ſimul facta ſunt, [e] vnius loco numerabuntur: quia vnum debitum eſt. [f] Et cum tutores pupilli creditoris plures cōueniſſent, vnius loco numerantur: quia vnius [g] pupilli nomine conuenerant. Nec non & vnus tutor plurium pupillorum nomine vnum debitum prætendentium, ſi conuenerit, [h] placuit vnius loco eſſe.nam difficile eſt [i] vt vnus homo duorum vicem ſuſtineat. nam nec is [k] qui plures actiones [l] habet, aduerſus eum [m] qui vnam actionem habet, plurium perſonarum loco accipitur.Cumulum debiti & ad plures ſummas referemus, ſi vni fortè minutæ ſummæ centum aureorum debeātur, alij verò vna ſumma aureorum quinquaginta.nam in hunc caſum ſpectabimus ſummas plures: quia illæ excedunt in vnam ſummam coadunatæ. [n] Summæ autem applicare debemus etiam vſuras. [o]

Pactum maioris partis creditorum præſentium nocet abſentibus & priuilegiatis, hypothecam tamen non habentibus. Bartolus.

### X. VLPIANVS *libro quarto ad Edictum.*

Reſcriptum [p] autē diui Marci ſic loquitur, quaſi omnes creditores debeant [q] conuenire. [r] Quid ergo [ſ] ſi quidam abſentes ſint? num exemplum præſentium abſentes ſequi debeant? Sed an & priuilegiariis abſentibus hæc pactio noceat, eleganter tractatur: ſi modò valet pactio & D contra abſentes. Et repeto [t] ante formam à diuo Marco datam diuum Pium reſcripſiſſe, fiſcum quoque in iis caſibus in quibus hypothecas [u] non habet, & cæ-

A C.de poſtu.l.quiſquis.econtra not.vnum plurium vicem ſubire: vt. ſ. de adopt.ſi conſul.[a] &. ſ. de ſena.l.emācipatum.§.fin.&.C. ad leg. Cor.de fal.ſi quis decurio.& infra de ſtipu.ſer.l.j.§.communis.& infra de teſta.Domitius.& infra de ap.l.imperator.§.j. & infra de fideicōmiſſ.lib. generaliter.in fin.&.l.ſeq.Tertiò not. quòd plures vt tres ſuſtinēt vicem vnius: vt infra de coll. bo. l.ij.§. ſi tres. & de condit. & demō. cui fundus.§.fi. &. ſ. eo.l.j.ij.reſpon.

a] Dic quòd hîc habetur reſpectus ad perſonā: & tūc eſt in poteſtate quē ſuſtinere vicem pluriū; ſecus ſi habetur reſpectus ad pſonā ratione officij: ſecūdum Bart. Ful. & Albe. quicquid dicat Iaſon.

k *Nec is*.l.creditor.

l *Plures actiones*.nō tamen ſua quantitas excedit, vt ſubiicit, cumulum, &c. Accur.

m *Aduerſus eum*. ſcilicet creditorem alium qui non vult remittere, vel non tantum.

n *Coadunatæ*. Et quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. ſic. ſ. de iuriſd.om.iud. ſi idem. §.fi.Sed arg. contra.C. de dona. ſancimus.§.ſi quis autem.&. ſ. de iuriſd.om. iudi.l.ſi idem. in princ. ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur in odioſis: hîc in fauorabilibus.Paul.

o *Vſuras*. ſiue pacto ſolenni, ſiue veſtito, ſiue officio debitas.

*Reſcriptum*.] CASVS. Dictum eſt. ſ. de creditoribus præſentibus qui paciſcuntur vt quota parte debiti ſint contenti.hîc autem dicit, quidam abſentes, & quidam præſentes ſunt. & dicit quòd ſi præſentes paciſcantur vt ſint certa parte contenti, quòd abſentes teneantur ſequi exemplum iſtorum præſentium, etiam ſi ſint illi abſentes priuilegiati: & ſic præiudicetur abſentibus per præſentes. hæc vera ſunt niſi habeant abſentes tacitas hypothecas. [SI PACTO.] Cum tibi. x. deberem, feciſti mihi pactum de non petendo: & promiſiſti mihi pœnam ſi amodò me conuenires. nunc tu conuenis me. Dicitur quòd poſſum te exceptione pacti ſubmouere: vel ſi volo, poſſum petere pœnam. finaliter exceptione pacti debeo me liberare: & te à pœna quæ commiſſa ſit. [PLERVMQVE.] Quia crederet aliquis quòd ſemper pactum generaret pacti exceptionem directam: quod non eſt verum, quia doli aliquando generat exceptionem: inde iuriſcon.hunc.§. hîc ponit: & eius caſus eſt talis: Ego eram de- E bitor tuus in.x.tu feciſti cum procuratore meo pactum vt à me non peteres.Dicitur hîc quòd mihi doli exceptio adquiritur per procuratorem iſtum.nam poſſet iſte procurator meus facere pactum de non petendo à debitore meo: & nihil domino nocet niſi in tribus caſibus: ſi ei mandauit: vel ſi habet liberam adminiſtrationem: vel ſi eſt procurator in rem ſuam. ſed ſi dedi eum ad agendum tantùm: ſi faciat pactum, domino non nocet.

p *Reſcriptum*.Cuius ſententiam habuimus. ſ. eo.l.& ſuum heredem.§.hodie.&.l.maiorem.in fi.

q *Debeant*.Reſpon.ſic, vt ſtatim dicit.

r *Conuenire*.ſcilicet præſentialiter

ſ *Quid ergo*. tractatur diſquirendo.

t *Repeto*. id eſt recordor.

u *Hypothecas*. ſcilicet tacitas, vel expreſſas: vt quia ſucceſſit ei qui non habet hypothecam.tunc enim iure eius vtitur: vt. ꝫ. de iu.fiſ.fiſcus.Item quia ſit ex maleficio [b] quis fiſco obligatus.quo caſu

b] Hæc glo. nō negat fiſcū ex maleficiis hypothecā habere.B.P.Alex. & Iaſon.

a] Habet tamen tacitã hypothecã: ſed ſine effectu.Bart. Ale.& Ia.

caſu fiſcus aliis non præfertur: ª vt C.pœ.fiſ. credi.l.j.lib.x. & de iur.fiſ.l.quod placuit.alioquin ex ſuo contractu habet tacitam hypothecam:vt C.in qui.cau.pign.taci.cont.l.j.&.ij. & infra de iur.fiſc.aufertur.§.fiſcus.

a *Priuilegiarios*.vt quia funerauit teſtatorem: vel depoſuit apud menſularios : vt infra de relig. l. impenſa. & ƺ. de priui. cre. ſi vetri. & iſti & quidam alij ſimiles ſunt priuilegiati in actione perſonali: non autem habent tacitum pignus: vt diximus.C. qui po. in pig. habe.l.eos.

b *Creditorum*. ſcilicet præſentium : ſed videtur abſenti non fieri præiudicium, nec priuilegiato: vt infra mã. ſi præcedente. §. fina. quæ eſt contra. ſed dic quòd ibi habebat pignus,hîc nõ. ſed alij dicunt,quòd hîc non totum remittebat:ibi ſic: & ideo nõ fieri ei præiudicium.Item hoc intellige, quando & hi abſentes haberent neceſſe cõſentire ſi præſentes eſſent : vt quia præſens ſit maior pars: vt.ſ.eo. l. iuriſgẽtium. §.hodie . & in.l. maiorem. nam abſens ᵇ diſſentiens eſſe dicitur: vt infra de ritu nupt. l. in eo.§.deinde.

Harmenop. lib.1.tit.9.

b]Qui venit citandus.B. B.Alb.Saly. & Ale.cõtra P.Ange.& Iaſo.

c *Hypothecas* . aliter eſt cum creditores dãt inducias quinquennales ei qui vult cedere bonis. nec enim habet locũ ratio eorum qui hypothecas habent: vt C.de ceſſ.bo.l.fina.§.ſi vero.ibi,nulla.

d *Si pacto* . ſcilicet facto de non petendo.

teros priuilegiarios ª exemplum creditorum ᵇ ſequi oportere.hęc enim omnia in his creditoribus, qui hypothecas ᶜ non habent, conſeruanda ſunt.

Cõuentio liberatoria nõ nouatur per ſtipulationẽ pœnalem ſequentẽ:ſed aut pœna petetur, aut exceptio opponetur.Barto.

Si pacto ᵈ ſubiecta ſit pœnę ſtipulatio, quæritur vtrũ pacti exceptio locũ habeat,an ex ſtipulatu ᵉ actio.Sabinus putat (quod eſt verius)vtraque ᶠ via vti poſſe,prout elegerit qui ſtipulatus eſt: ſi tamẽ ex cauſa pacti exceptione vtatur, æquum erit acceptò eum ſtipulationem ferre. ᵍ

Pactũ procuratoris prodeſt domino , & nocet domino ſi habet ſpeciale mãdatũ, vel generale cũ libera,ſecus ſi ad agendũ tantùm ſit datus.Bart.

Plerũque ſolemus dicere , doli exceptionẽ ſubſidiũ eſſe pacti exceptionis.Quoſdam denique qui exceptione pacti vti non poſſunt, doli exceptione vſuros & Iulianus ſcribit, & alij plerique cõſentiunt:vt puta ſi procurator meus paciſcatur, ʰ exceptio doli ⁱ mihi proderit: vt Trebatio videtur: qui putat ſicuti pactum procuratoris mihi nocet,ita & prodeſſe:

e *Ex ſtipulatu*.id eſt ex ſtipulatione certi conditione : vt . ƺ. ſi cer.pe.ſi quis certum . Vel dic quòd factum nomine pœnæ fuit promiſſum,quod eſt res incerta:vt.ƺ.de verb.obli. l. vbi autem. §.qui id.vnde agitur ex ſtipulatu:vt inſti.de ver. oblig. in princi.

f *Vtraque*.id eſt altera vel vtrauis:vt ſubiicit: vt.ƺ.de pact. dota. ſi pater.§.ſi mulier.& C.eo.ſi pacto.&.ƺ.de rei vin.nõ ſolùm . in fi.& C.de traſac.cum mota.&.ƺ.de do.ma.excep.apud Celſum. §.Labeo.ſimilis expoſitio eſt. C.de bo.quæ lib.l.fi.§. ipſum autẽ filium . Et hæc ſunt vera niſi tranſactio fuerit facta per Aquil. ſtipulationem.tũc enim reus petit pœnam, & perpetuam habet ſecuritatem : vt C.de tranſact. vbi.quæ eſt contrà . Item hæc vera in pœna conuentionali:ſecus in legali:vt infra de condi.furti. ſi pro fure.§.furti.quæ eſt contrà.

g *Ferre*.niſi aliud conuenit:vt.ƺ.de verbo. oblig. ita ſtipulatus. in fi.& C.de trãſa.cum proponas.&.ƺ.tit.j.l.qui fidẽ. verè enim eſt commiſſa pœna:vt.ƺ.de ver.obli.qui Romæ.in fi.quę eſt cõtra.Sed obiicitur ei exceptio, ᶜ quod accepto ferre tenetur : vt hîc. econtra ſi vtatur actione ex ſtipulatu ad pœnam , exceptio non erit obiicienda actori niſi ſimiliter rato manente pacto fuerit ſtipulatus.Et hoc faciebat in.l.iſta dubitationem : quia videbatur exceptio pacti ſublata ex ſtipulatione pœnæ animo nouandi ſecuta:cum olim ſemper præſumebatur:vt.ƺ.de act. & oblig.l.obligationum ferè.§.fin.ſed hodie contra : vt C. de noua. l.fina.vnde ſi agitur vt fiat nouatio . tantùm ad pœnam agitur : & ſic non habet locum quod hîc dicitur. Quòd autem huiuſmodi pactum poſſit in aliam obligationem trãſfundi: probatur ex eo,quòd ex huiuſmodi pacto naturalis naſcitur obligatio: vt dicemus infra eo.ſi vnus.§.pactus . quæ naturalis poteſt nouari: vt infra de noua.l.j. Reſtat ergò quòd hîc loquitur ſecundum iura hodierna: vel ſecundum vetera, ſi fuit actum quòd non fiat

c]Bal.reputat iſtã glo. ſingul. ad hoc, quòd ſicut poteſt fieri nouatio actionis l.j.per totũ de noua.ita fieri poteſt nouatio exceptionis. ita voluit glo.in.l.1 §. cõuentionales.in gl. magna circa.fi.ff.de præto. ſtipu. Bolog. d Idẽ Bar. & Ia.& eſt de mente aliorum.

ff. Vetus.

A nouatio.Sed quid ſi centum ſub pœna promiſiſti,an rem & pœnam petam?Videtur vtrumque peti:quia hoc contrahentes ſenſiſſe videntur.ſed hac.l.non fuit actum tacitè vel expreſſè quòd fiat nouatio:& ideò non ob.infra de act.& obli.l.obligationum ferè.§.fin . quia tunc non fiebat, niſi tacitè vel expreſſè hoc agebatur : vt infra de nouat.l. omnes.item non ob . prædictis infra de excep.do. apud Celſũ. §.Labeo . videtur ergo referre,an cẽtum , & ſi nõ dederit,det. cc. nomine pœnæ : an. c. ſub pœna . cc. promittat. ſed cõtra puto in quæſtione prædicta: quia tantum valet ſub pœna quantum ſi diceret promittis.x.quę ſi non dederis , promittis. xx. vt infra famil . ercíſcũ. heredes. §. idem iuris. & argu. infra de pœn. ſi præſes.

XI. PAVLVS *libro tertio ad Edictum.*

QVia ᵏ & ſolui ei poteſt.

XII. VLPIANVS *libro quarto ad Edictum.*

NAm & nocere conſtat, ˡ ſiue ei mandaui vt paciſceretur:ſiue omnium rerum mearum procurator fuerit: ᵐ vt & Puteolanus libro primo adſeſſoriorum ſcribit: cùm placuit eum etiam rem in iudicium deducere. ⁿ

B

XIII. PAVLVS † *libro tertio ad Edictum.*

SEd ſi tantùm ad actionẽ procurator factus ſit, conuentio facta domino non nocet,quia nec ſolui ᵒ poſſit.Sed ſi in rem ſuam ᵖ datus ſit procurator,loco domini habetur : & ideo ſeruandum erit pactum conuentum.

C

XIIII. VLPIANVS *libro quarto ad Edictum.*

ITem magiſtri ᑫ ſocietatium pactum & prodeſſe & obeſſe conſtat. ʳ

XV. PAVLVS *libro tertio ad Edictum.*

TVtoris quoque ( vt ſcribit Iulianus ) pactum pupillo prodeſt. ſ

Pactum factum ab eo cui competunt vtiles, præiudicat ei cui competunt directæ.Bart.

XVI. VLPIANVS *libro quarto ad Edictum.*

h *Paciſcatur*. cum creditore meo ne à me petat.

i *Doli*.non pacti: quia alteri non poteſt quis paciſci: vt.ƺ.de verbo. oblig.ſtipulatio iſta. §. alteri.Accurſius.

k QVia.non eſt bona ratio . nam & adiecto ſoluitur eius ſtatu non mutato: vt infra de ſolut. cum quis.in princi. non tamen mihi vel contra me paciſcitur adiect⁹: vt infra de noua. l. cui rectè:&.ƺ.de conſtitu. pecu.ſed ſi filio.§.j.

l NAm & nocere cõſtat.in tribus caſibus : quorũ duo ſunt in hac.l. tertius eſt.ƺ. l. ſed ſi tantùm . §. ſed ſi in rem.

† Sic mutauit Taurelli⁹ in editione Florentina cum in Archetypo Floreſſet Vlpianus, teſte Ant.Auguſtino lib.3. emendationum.ca.1.

D

m *Procurator fuerit* . ſcilicet & habuerit liberam adminiſtrationem:vt.ƺ.de procu.l.procurator cui. &.l. procurator totorum. ſi verò habet generalem, tantùm prodeſt domino eius pactum: ſed non nocet:quia bene gerere eſt ei conceſſum, nõ malè : vt.ƺ. de procu.l.quacũq; ratione. ſi verò habet ſpeciale tantũ , in alio non prodeſt neq; nocet:vt.ƺ.l.proxi.& C.de trãſ. l. trãſactionis.

n *Deducere*.litem ſcilicet conteſtando.

o S *Ed ſi tantum.Solui ei*.vt.ƺ.de ſolu.hoc iure.Accurſius.

p *Sed ſi in rem ſuam*. facit ad hoc.ƺ. de iureiuran . iuſiurandum quod ex conuentione.in fi.&.l.ſequen.

I *Tem magiſtri.*]CASVS. In hac. l.dicitur quòd ſi magiſter ſocietatis paciſcatur,quòd cæteris de ſocietate prodeſt & nocet. Item pactum tutoris pupillo prodeſt,ſed non nocet . Viuianus.

q *Item magiſtri*.ſcilicet pactum.

r *Conſtat*.cæteris de ſocietate:vt ſunt ſcholæ & ſocietates ſancti Ambroſij:ſicut eſt & in magiſtratu : vt infra de magi. conue. l.j.§.pen.Sed an miniſtrales hoc poſſint ſiue priores artium ? Videtur quòd ſic:ſed hoc intellige quando eis ſpecialiter vel liberè eſt commiſſum:aliàs non.Accur.

E

ſ T *Vtoris. Pupillo prodeſt* . ſed non nocet ſi fiat animo donandi: vt C.eod.l.pactum tutoris.& infra quib. mod. pignus vel hypotheca ſol.ſi conſenſerit . in princip . aliàs tenet : vt infra de fur.interdum.§.qui tutelam.Et idem eſt in tranſactione quod in pacto,ſecundum Ioan.licet Pla.diſtinxerit vt pactum nõ valeat: ſed tranſactio ſic:vt C.de tranſactio.præſes. ſed certè & pactum poteſt vtilitatem afferre:vt infra eod.l.contra iuris.§.fina.&.l.in perſona.§.penult. Accur.

S *I cum.*]CASVS. Titius me heredem inſtituit : & illam hereditatem tibi vendidi: tu feciſti debitoribus illius hereditatis pactum de non petendo: puta Seio.volo ſcilicet ego vẽditor hereditatis illum debitorem hereditarium conuenire . nunquid

poſſum,quæritur.Et reſpond.quòd non, quia repellet me exceptione pacti.nam & ſi tu ageres antequam pactum de nō petendo faceres: non poſſet te exceptione repellere. Secundò dicit, pone:iuſſi vel mandaui tibi vt quendam meū ſeruum venderes: túque illum ſeruum Seio vendidiſti: poſtea diſplicuit Seio talis

SI cum emptore [a] hereditatis pactum ſit factum, & venditor hereditatis petat: doli exceptio nocet. [b] nam ex quo reſcriptum eſt à diuo Pio vtiles actiones emptori [c] hereditatis [d] dandas: meritò aduerſus vēditorem hereditatis exceptione doli debitor hereditarius vti poteſt. [e]

B Pactum eius cui ſunt cedendæ actiones, nocet ei qui eas habet, & cedere debet. Barto.

Sed & ſi inter dominum [f] rei venditæ & emptorem conueniſſet, vt homo qui emptus erat, redderetur ei qui pro domino [g] rem vendidit: petenti ei precium, doli exceptio nocebit.

Obligatio quæ re cōtrahitur, nō poteſt trahi vltra q̃ peruenit. h. d. & iſta lex eſt tota notabilis & vti-

emptio: & mihi diſplicuit: vnde dixi Seio, ꝙ tibi illum ſeruum redderet. nunquid poteris pro precio aduerſus Seium agere? Et reſpō. quòd non: quia te repellet exceptione. Vi.

a *Si cum emptore*. qui liberauit debitorē hereditarium.

b *Doli exceptio nocet*. ſcilicet ſubſidiaria: vt s̃.eo.reſcriptum. §. fin. Sed quid ecōtra ſi vēditor paciſcatur poſt traditam hereditatem? Reſpon. non obſtabit emptori pacti exceptio: niſi paciſcat antequam cum eo litem cōteſtetur emptor: vel aliquid ex debito accipiat: vel ei debitori denunciatum ſit: vt C.de noua.l.iij. Si autē heres qui reſtituit hereditatē per fideicommiſſum hoc fecerit, nullo modo obſtabit exceptio fideicommiſſario: etiam ſi non fecerit aliquod ſupradictorum trium caſuum: quia actiones hereditariæ inanes remanſerunt penes eum reſtituta hereditate: vt infra ad Trebel. l.j. circa prin. hoc autem accipe cum non obſtat emptori pactum venditoris, vel hereditatis, cum debitor ſciebat hereditatem venditam, vel reſtitutam. ſi autem ignorabat, habet exceptionem propter probabilem cauſam: vt infra titu.j.l.fi.

c *Emptori*. ſed non dantur contra eum hereditariæ actiones: ſed ex vendito tenetur heredi: vt C.de here.ven.l.emptor.&. l. ij. & infra de procur.licet.§.ea.

d *Hereditatis*. cui eſt factum pactum ne ab eo petatur.

e *Vti poteſt*. quaſi factum ſit ab eo. emptor enim vice heredis eſt: vt infra de here. ven.l.ij.§.cum quis.& ideo valet. aliàs enim non eſt ita: vt infra de except. rei iudi.ſi à te. §. fina. Sed hîc eſt ſpeciale. vel lege vt ibi gloſſaui.

f *Sed & ſi inter dominum*. cuius mandato procurator vēdiderat.

g *Pro domino*. id eſt domini mandato. Vel dic quòd dixerat ſe dominum, vt melius venderet: vt C.de bon.ma.l.j.& ſubaudi, & conuenit vt precium non peteretur. Vel dic tacitè hîc ineſſe ex quo conuenerit de re reddenda, quod & de precio conueniſſe videtur: argu.infra de rei vin.l.emptor.

S*I tibi*.] CASVS. Mutuaui tibi.x.& pactus fui vt.xx. redderes. dicitur hîc quòd tantùm in.x. teneris. [QVÆDAM.] Tu tenebaris mihi actione furti vel iniuriæ. feci tibi pactum ne agerem iniuriarum vel furti: per pactum tollitur actio quæ mihi competebat. [DE PIGNORE.] Mutuaui tibi.x. propter quod mihi pignus dediſti aliquod. dicitur hîc, naſcitur mihi actio hypothecaria etiam ſi nō tradidiſti. vnde ſi facio tibi pactum poſtea de non petendo, tollitur hypothecaria actio per exceptionem. [SI QVIS.] Feciſti mihi pactum perſonale. non proderit quidem illud heredi meo. [SI PACTVS.] Pactus fui tecum ne à me peteres: nec à Titio nec à filia. iſtud verò pactū Titio non proderit: nec filiæ proderit, etiam ſi ſuccedant mihi. [PACTVM.] Tu poſſidebas rem quam poteras vindicare: & feci tibi pactum de non petendo illam rem: poſtea vendidiſti illam rem Titio, vel donaſti: volo nunc illam rem à Titio vindicare, vel Titium conuenire, nunquid poſſum? Reſpond. quòd non: quia remouebis me exceptione. nam pactum tuum illi donatario prodeſt vel emptori. hoc verum eſt etiam ſi eſt pactum perſonale. [CVM POSSESSOR.] Titius te inſtituit heredem: ego autem credens illam heredi. ad me pertinere, cum non pertineret, accepi illam hereditatē: & feci pactum cum creditoribus heredi. vt à me non peterent. vel cum creditoribus, vt ab eis non peterē. ſi poſtea euincas à me, tibi pactum meum non nocebit nec proderit. [FILIVS.] Hîc dicitur quòd ſi filius vel ſeruus paciſcatur ne à patre vel domino petatur, ꝙ adquiritur patri vel domino exceptio. nam illi qui bona fide ſeruiunt, poſſunt bonæ fidei poſſeſſori pacti exceptionem adquirere.

A h *Si tibi decem dem*. ex cauſa mutui: vt ſubiicit: re enim &c.

i *Re enim*. imò videtur: vt. j̃. eo. in traditionibus. &. C.de rerum permu. l.rebus. quæ ſunt contra. Sed hîc dicit de obligatione quę contrahitur re, non pacto tantùm: vt hîc dicit, &. j̃. ſi certum p et. l. rogaſti. §. ſi tibi. &. j̃. de conſtit. pecu. l. hactenus. in fin. & C.de non nu. pecu. cū vltra. nec ergo vt res, neq; vt vſura: quia ſtipulatio non interceſſit: & vſura citra vinculum ſtipulationis non debetur: vt C. de vſu. l. iij. neque vt donum poteſt peti: cū ſine ſtipulatiōe donatio hoc iure non fieret. hodie contra: [a] vt C. de dona. ſi quis argentum. §. pe. ſed quid ſi mutuo x. & præter hoc paciſcar vt vadas Romam? Sol. vt. j̃. ſi cer. pe. l. rogaſti. §. ſi tibi.

lis, & multum ſubtilis. Barto.

XVII. PAVLVS *libro tertio ad Edictum*.

SI tibi decē [*] dem, [h] & paciſcar vt viginti mihi debeātur: nō naſcitur obligatio vltra decē. Re enim [i] non poteſt obligatio contrahi, niſi quatenus datū ſit.

B Actiones deſcēdentes ex maleficiis ipſo iure tollūtur per pactum. Bartolus.

Quædam actiones per pactum ipſo iure tolluntur: [k] † vt iniuriarum: item furti.

Pignus ſolo conſenſu contrahitur de iure prætorio: ſed ſolo conſenſu non tollitur. Barto.

De pignore iure honorario naſcitur pacto actio, [l] tollitur autem per exceptionem, quotiēs paciſcor ne petam. [m]

k *Tolluntur*. hîc not. ꝙ omnis naturalis obligatio tollitur per pactum ipſo iure: vt. j̃. de ſol. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. Itē

C tolluntur obligationes quę naſcuntur ex contractibus certis ſolo conſenſu re integra: vt. j̃. e. ab emptione. & inſt. quib. mo. tol. ob. §. fi. Item illæ quę ſunt ex maleficiis: vt iniurię: furti: vt hîc. & idem puto in ſimilibus quæ continent famoſam cauſam: vt ſunt pœnales, cum ſit eadem ratio: vt arg. j̃. ad le. Aquil. illud. Accur.

l *Actio*. ſ. hypothecaria. datur enim ex pacto qđ tuetur prætor: vt hîc, &. s̃. eo. iuriſgentium. §. prætor ait. Non autē eſt ita in pignoraticia, quæ debitori datur, ſed re tantum interueniente cōtrahitur: vt inſti. qui. mo. re con. ob. §. fi. quæ eſt contra. Qualiter autem tollatur hypothecaria, ſic breuiter veteres diſtinxerunt: quia aut remittit creditor pignus: & tunc ipſo iure: aut debitum, & tunc exceptione tollitur: vt hîc. nos autem ſecundum Io. plenius diſtinguemus: (non vt tollatur ſupradicta diſtinctio) quia aut contrahitur pignus ſolo cōſenſu, quod fieri poteſt: vt hîc, & j̃. de pig. acti. l. j. aut re interueniente & tradita creditori: quod fieri poteſt. vt hîc & inſti. qui. mo. re con. ob. §. fi. & ſi ſolo conſenſu: aut fit pactum de ipſo pignore non petendo, aut de debito. ſi de pignore, ſiquidem tacitè, vt quia debitor patiente creditore vendit pignus: & pignus tollitur per exceptionem tantùm:

D vt C. de remiſ. pig. l. ij. ſi expreſſim, ipſo iure tollitur: vt C. de pig. maior. &. j̃. de regu. iur. l. nihil. ſed illud hîc quæro, cum nata [b] eſſet naturalis & ciuilis obligatio: quomodo vtraque tollitur per pactum: vt. j̃. de ſol. Stichum. §. naturalis? reſpon. quia eſt res integra quo ad pignus: vt infra eod. ab emptione. Si verò debitum remittatur: aut vtiliter, aut inutiliter. ſi inutiliter, aut propter eandem inutilitatem poteſt fieri inutilis & pignoris remiſſio: vt quia per metū vel dolum fuit debitū remiſſum: & tunc pignoris remiſſio nulla eſt: vt C. de remiſ. pign. debitū. nam etiam pignus per metum vel dolum remitti non poteſt. ſi autem eadem inutilitas non trahitur ad pignus: puta inter virum & vxorem pactum factum eſt de pignore remittendo, tenet quidem: vt C. ad Vell. l. etiam. ſed de debito non tenet: vt infra de don.

E inter vi. & vxo. l. iij. §. ſtipulanti. in hoc ergo caſu licèt remiſſio debiti ſit inutilis, tamen tacitè remiſſio facta in pignore tenet: vt infra quib. mod. pignus vel hypo. ſol. l. j. §. cum venditor. Si verò vtilis eſt remiſſio in debito: ſi quidem ſic vt ipſo iure tollat principalem obligationem, puta in venditione re nondum ſecuta: & hîc ipſo iure tollitur pignus: vt infra quib. mod. pignus vel hypo. ſol. l. ſoluitur. in princip. &. §. j. aliàs ſi per exceptionem debitum ſublatum ſit: & hypothecaria per exceptionē tollitur: vt hîc. ſi verò re interueniēte: ſiue remittatur principale debitū, ſiue pignus, tollitur per exceptionē tantū hypothecaria, vt hîc, ſecundum Io. Sed in hoc membro quādo pignus eſt remiſſum, videtur contra: quia hypothecaria ſemper ſolo conſenſu contrahitur: & ſic cōtrario conſenſu tollitur. ſed illud quando re integra: vt infra de reg. iur. l. nihil. ſed in pignoraticia neceſſe eſt rem interuenire: vt inſtit. quib. mod. re con. ob. §. fin.

m *Ne petam*. ſcilicet debitum.

*Non pro-*

* De materia pręſentis l. pleniſſimè per do. Ia. in l. rogaſti. §. ſi tibi. infra ſi cer. peta.

a] Diſplicet Bart. Pau. Alex. & Iaſo. quia illa. l. loquitur in donatione vera nō pręſumpta, ſecū dum. B.B. P.

† Concor. text. in. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. j̃. e. & eſt ratio ad iſtum text. quia tales ſunt pœnales: & ſic odioſę: quare de facili voluit lex vt tollerentur.

b] Glo. male loquitur in hypothecaria, quæ nō pręſupponit obligationē, cū ſit realis. Bar. Bal. Pau. Alex. & Iaſo.

a *Nõ proderit*.quia eſt perſonale:vt.s̃.e.iuriſgentiũ.§.pactorum.
b *Si pactus ſim*.à Titio extraneo omnino,vt differat à ſequenti.
c *Proderit Titio*. pactum ſcilicet conceptum in perſona ſui Titij, ſed an pro parte ſui teſtatoris proſit ei vt heredi?quidã ſic.Tu dic ꝙ nõ,quia perſonale fuit:& tantũ viuẽte me volui Titio ꝓdeſſe. & idẽ in filia dicas. ſed ei qđ de filia dicit, eſt contra.ĩ.e.l.auus. &.l.& heredi.§.nos aut. Vt ergo omnia ſint clara: diſtingue an paciſcatur filiæ vt heredi: & tũc directa pacti exceptio datᷣ:vt.ĩ.e.l.auus. vel quia hoc exprimat. aut vt filiæ qa filia eſt: nõ quia meruit: & tũc datur doli exceptio: vt in illa.l.& heredi. aut vt extraneo.ſ.quia meruerat: & tunc datur nulla vel me mortuo, vt hîc vel me viuo: quia ſibi ſtupulari vel paciſci nõ poſſum: vt ĩ.de verb.obli.eũ qui.§.ij.in fi.&.l.qđ dicitᷣ. ſed ſi poſt mortẽ meã ſibi dari ſtipulor, vtilis adquiritur ei: vt.ĩ.de verb.obli.quicunq;.§.ij. Sed quid ſi dubiteť qualiter fuerit pactus? Rñ.quòd ſi nec ex verbis, nec ex alia coniectura id ꝑpendã, præſumo quòd tanquam heredi:vt argu.ĩ. vnde lib.ſcripto.in fi.&.ĩ.de inof.teſt.nã & ſi.&.ĩ.de proba.ſi pactũ. Itẽ not. qđ à principio nõ valet, nõ confirmatur: vt.ĩ.de reg.iur.quod ĩ initio.Arg.cõtra.ĩ.cõmunia prædio.l.fin.in princi. ADDITIO. Ibi ab initio actus non erat nullus, ſed remanebat in ſuſpẽſo: ideo tractu temporis conualeſcit. Bartolus.

†Concor. text in.l.ſi actionẽ.C. eo.titu.

Pactum perſonale non porrigitur ad heredem.h.d.

Si quis paciſcatur ne à ſe petatur,ſed vt ab herede petatur:heredi exceptio non proderit. a

Si paciſcor ne petas à me neq; à Titio: tale pactũ nõ proderit Titio:ſiue ſit filius meus, ſiue extraneᵘ:ſi poſtea mihi heres exiſtat. B

Si pactus ſim b ne à me néve à Titio petatur,nõ proderit Titio c etiã ſi heres extiterit: quia ex poſt facto id cõfirmari nõ poteſt. hoc Iulianus ſcribit in patre,qui pactᵘ erat ne à ſe néve à filia peteretur, cum filia patri heres extitiſſet.

Pactũ perſonale viuo paciſcẽte porrigitur ad ſucceſſorem in rem etiam titu.ſingulari.Barto.

Pactũ cõuentũ cum vẽditore d factũ e ſi in rem cõſtituatur,ſecũdum pluriũ ſententiã & emptori prodeſt: f & hoc iure nos vti Põponius ſcribit. Secũdũ Sabini autem ſententiã etiã ſi in perſonam conceptũ eſt,& in emptorẽ valet. C Qui hoc eſſe exiſtimat g & ſi per donationem ſucceſſio facta ſit.

Pactum poſſeſſoris non prodeſt neque nocet vero heredi. Barto.

Cum poſſeſſor †alienæ hereditatis pactus eſt: h heredi, ſi euicerit, neque nocere neque prodeſſe plerique putant. i

Quandoque filius paciſcitur directò patri: & hoc primò,quãdo- D

d *Pactum conuentum cum venditore*.poſſidente fundum alienum.
e *Factum*.à domino fundi.Accurſius.
f *Emptori prodeſt*.cũ poſt pactũ vendiderit.Vel dic etiam a ſi ante. ſed certè cũ ſit in perſonã, videtur quòd ita demũ emptori proſit,ſi poſt vẽditionẽ factũ fuerit.nec ob.ĩ.eo.l.niſi.&.ĩ.de excep.l.vij.in.§.rei.&.ĩ.eo.idẽ.§.j.quæ ſunt cõtra: quia iam nihil operaretur hæc pactio,niſi in emptore operaretur:vt arg.ĩ.de leg.j. ſiquãdo.cũ bo.fi.vẽditor alienauit.vnde nec habet,nec dolo deſiit habere,cũ ante pactũ alienauerit.vel dic ꝙ etiã ante:& eſt ratio:quia per cõſequens rediret cõtra vẽditorẽ qui de euictione teneť:vt.ĩ.eo.qđ dictũ eſt.& eſt ar.C.de vſur.rei iudi.l.ſi.in fi.& ĩ.de pet.her.ſed & ſi.§.item ſi res.&.ĩ.ſi fa.fur.fe.di.l.quoties.§. planè.ſed mortuo vẽditore emptori nõ prodeſt,licèt venditoris heredes teneãtur de euictiõe: quia ſi ipſi heredes poſſideãt,poſſunt cõueniri:vt.ĩ.e.& heredi.in prin. Sed ſecundũ hãc rationẽ videť ꝙ nõ debeat ei ꝓficere qui per donationẽ ſucceſſit, cũ regreſſũ nõ habeat:vt.ĩ.e.qđ dictũ eſt.ſed dici poteſt hîc intelligi de eo qui habet regreſſũ cũ ꝓmiſſum fuit:vt C.de euic.l.ij.Vel à pactione incepit:vt C.de iure do.l.j. Vel verius dic ꝙ emptori ideo & donatario ꝓdeſt, quia ſucceſſit in rẽ ipſam in quã pactũ factũ eſt.ſic eſt in fideiuſſore,ꝙ ſi fiat ei pactũ,ꝓdeſt reo:licet nõ interſit fideiuſſoris:quia fit pactũ in rem ipſam:vt.ĩ.e.idẽ.§.fin. &.l.ſeq. b nec obſtat ſi dicas ꝙ in.d.l.idem loquitur de generali pacto perſonali:quia hoc eſt generale iſto viuente.Accurſius.
g *Exiſtimat*.ſcilicet vt pactum factum donatori proſit donatario:ſiue in rem ſiue in perſonam factum ſit pactum.
h *Pactus eſt*.cum creditore vel debitore.
i *Putant*.ſed malè certè vidẽtur putare:vt infra de conſtit. pe.ſi ff. Vetus.

a] Iſte intellectus non placet Pau. & Iaſ.tanquam diuinatiuus.

Vẽditor de euictione tenetur.

b] Ille text. nõ bene allegatur ad propoſitũ. Alex.

A poſt.quæ eſt cõtra.qđ quidã dicũt.Alij c ꝙ hîc de malæ fidei poſſeſſore:ibi de bonę fidei.vel hîc d de rigore iuris:ibi de æquitate. vel hîc de exceptione pacti directa denegãda:ibi de vtili dãda.
k *Adquirent*.ſcilicet domino vel patri:vt hîc,& infra.de pact.dot.l.cum dos.§.ſi verò filia.

c] Idẽ Sal. & Ange. hic ſed diuinat ſecũdũ Iaſ.
d] Iſta & ſequẽs diſplicent Bart. P. Alex.& Iaſo.

que filius paciſcitur directo ſibi. Bartolus.

Filius ſeruúſve ſi paciſcantur ne à patre dominóve petatur,

XVIII. GAIVS *libro primo ad Edictum prouinciale.*

Siue de eo paciſcantur quod cũ ipſis, ſiue de eo quod cum patre dominóve contractũ eſt: B

XIX. PAVLVS *libro tertio ad Edictum.*

Adquirent k exceptionem. idem eſt & in his qui bona fide ſeruiunt. l

Pactum perſonale filij trãſit ad patrẽ,& ad heredem eius viuo filio.Bartolus.

Item ſi filiuſfamilias m pactus fuerit ne à ſe petatur, proderit ei, & patri quoque ſi de peculio cõueniatur,

XX. GAIVS *libro primo ad Edictum Prouinciale.*

C Vel de in rem verſo: vel is quaſi defenſor filij, ſi hoc maluerit,conueniatur: n

Supra dixit ſi filius pactus eſt,ne petatur à patre:hîc ne petatur à ſe. Bartolus.

XXI. PAVLVS *libro tertio ad Edictum.*

Et heredi patris viuo filio:poſt mortem verò filij nec patri, nec heredi eius: o quia perſonale pactum eſt. p

Pactum perſonale ſerui nõ porrigitur ad dominum, niſi ope exceptionis doli.Bartolus.

l *Seruiunt*. ex re enim poſſeſſoris fit: & ex operis paciſcentis: vt.ĩ.de acceptil.ſpecies. ex quibus cauſis adquiritur bonæ fidei poſſeſſio:vt inſtitu. per quas pſonas nobis adqui.§.de his.
m *Item & ſi filiuſfamilias*. ſupra dixit quando patri vel domino pacto adquiſiuit:nunc quando ſibi paciſcitur filius.Non autẽ de ſeruo dicit.Accurſius.
n *Vel de in rem verſo. Conueniatur*. nec enim cogitur pater præciſe defendere filium.Accur.
*Et heredi*.] CASVS. Superiora habent quando filius pactus eſt ne à patre petatur. ſi verò filius paciſcatur ne à ſe filio petatur: ipſi filio & patri proderit ſi pater cõueniatur de peculio, &c. nam & viuo filio prodeſt heredi patris: poſt mortem filij non prodeſt. [QVOD SI SERVVS.] Dictum eſt.s̃.de liberis qui paciſcuntur: nunc de ſeruis: qui ſeruus ſi paciſcatur ne à ſe ſeruo petatur:ſi in iure, vt verba ad ius referatur, nõ valet pactum. ſed ſi ſer uᵘ realiter paciſcatur, adquiritur tunc exceptio præſcrip.ſi in perſonam pactum confeſ-ratur. vel dic in vtroque caſu dari exceptio. doli, non pacti: & adquiritur domino exceptio doli. [NOS AVTEM.] Dictum eſt quando ſeruus vel filius paciſcatur: nunc autem dicit quando pater vel dominus: & dicit quòd ſi paciſcor ne à filio meo petatur: iſtud pactum filio meo non prodeſt quò ad pacti except. ſed exceptio doli datur filio: vt. §. Iulianus ſcribit &c. qui continuatur cum iſto.& etiam mihi patri prodeſt pactũ,niſi hoc agam vt proſit mihi patri quod feci: nec ꝙ à filio petatur: cum ipſi filio non proſit. [FILIA FA.] Dictum eſt ſupra proximo quando pater vel dominus pactus fuit.hîc autem quando filia paciſcatur dicit.& caſus eſt talis:Berta maritauit ſe Titio:& fecit pactum cum Titio quòd nõ ageret de dote eo tẽpore quo ei eſſet actio de dote competitura. vel dic quòd erat ſui iuris eo E tempore quo paciſcebatur.an valeat pactum,quæritur?Reſpon. quòd valet.Idẽ dico ſi mihi filiofa. aliquid ſit legatum ſub conditione,& paciſcor ne illud legatum petam adueniente conditione ſi fuero mei iuris. nam de hoc valet pactum. [IN HIS.] Dictum eſt ſupra quando alicui actio ſingulariter competit: vel aliquis ſingulariter tenetur.hîc autẽ dicit quãdo duobᵘ in ſolidũ cõpetit actio.& de hoc non dicit in.l.iſta: ſed ſequen. dicit.§.ſi vnus.in prin.Item dicit etiam quãdo duo in ſolidum teneantur. & de hoc dicitur hîc:circa quod ponit talem caſum: Debebam tibi decẽ pro quibus Titius apud te fideiuſſit pro me. feciſti mihi pactum de non petendo. dicitur hîc quòd ꝓderit Titio fideiuſſori,quia intereſt mea Titium liberari:niſi aliud inter me & te agatur.tunc enim fideiuſſori non prodeſt.
o *Heredi eius*.ſcilicet patris,non filij: quia ſecundum has leges non habet filius heredem:vt.ĩ.de caſtren.pecu.l.ij.
p *Pactũ eſt*.qđ cũ filij perſona debet extingui: quo tamẽ viuẽte



UNED

cuilibet competeret:& de eodem pacto perſonali loquitur. ĩ. §. proxi. Sed quid ſi eſſet ita perſonale, vt ſoli filio proficeret, vel ſeruo? Reſpon. in filio non trãſire ad patrem, ſed ſoli filio cõpetere: quia facti eſt: vt. ĩ. de cõdi. & demon. qui heredi. j. &. ij. rñ. Et idẽ eadem ratione in ſeruo eſt: quia ab eo nõ tranſit in dominũ: non tamẽ ſeruo competit: quia in iure ſtare non poteſt. nec eſt contra quod dicitur C. de vſufruc. l. fi. quia ibi nõ apparebat actum ne perueniret ad dominũ vel patrem: ſicut nec infra §. proxi. vbi exceptio doli domino datur.

Quòd ſi ſeruus ne à ſe peteretur pactus fuerit, nihil valebit [a] pactum. De doli exceptione videamus. Et ſi in rem paciſcatur, proderit domino & heredi eius pacti conuenti exceptio. [b] Quòd ſi in perſonam pactum conceptũ eſt: tunc domino doli ſupereſt exceptio. [c]

B Si pater paciſcatur pro filio vt extraneo, non prodeſt filio: ſecus ſi filio vt filio: patri tamen proderit, ſi eſt actum. Bart.

Nos autem his qui in noſtra poteſtate ſunt paciſcendo prodeſſe nõ poſſumus: [d] ſed nobis id profuturum, ſi nomine eorum cõueniamur, Proculus ait. quod ita rectè dicitur, ſi in paciſcendo id actum [e] ſit. Cæterùm † ſi paciſcar ne à Titio [f] * petas, deinde actionem aduerſus me nomine eius inſtituas: non eſt danda pacti cõuenti exceptio. nam quod ipſi inutile eſt, nec defenſori [g] competit. Iulianus quoque ſcribit, ſi pater pactus ſit ne à ſe, néve à filio petatur: magis eſt vt pacti exceptio filiofamilias danda non ſit, ſed doli proſit. [h]

C Exiſtẽs in poteſtate patris poteſt per pactũ remittere ius quod ſperat ſibi adquiri cũ erit ſui iuris. h. d. vſq; ad. §. in his. Alexã. de Imo.

Filiafamilias [i] paciſci poteſt ne de dote agat cum ſui iuris eſſe cœperit. Itẽ filiusfamilias de eo quod ſub conditione legatum eſt, [k] rectè † paciſcetur.

D Iuriſconſultus ponit ſummariũ. l. ſequentium: ibi. & in rem pacta, &c. Pactum in rem, porrigitur ad omnes quorum pecuniariter intereſt: & ad quos porrigi intereſt pecuniariter paciſcentis: & pactũ perſonale perſonam non egreditur, hoc dicit vſque ad. l. ſi vnus. Bartolus.

In his qui eiuſdem pecuniæ exactionem habent in ſolidum, [l] vel qui eiuſdem pecuniæ debitores ſunt: quatenus alij quoq; proſit vel noceat pacti exceptio, quæritur. Et in rem pacta omnibus [m] proſunt, quorum [n] obligationem diſſolutam eſſe, eius qui paciſcebatur, interfuit. [o] Itaque debitoris [p] conuentio fideiuſſoribus proficiet. [q]

### XXII. Vlpianus *libro quarto ad Edictum.*

NIſi hoc actum eſt, vt dumtaxat à reo non petatur, à fideiuſſore petatur. tunc enim fideiuſſor exceptione non vtetur. [r]

### XXIII. Paulus *libro tertio ad Edictum.*

FIdeiuſſoris autem conuentio nihil proderit reo: [ſ] quia nihil eius intereſt à debitore pecuniam non peti: imò nec confideiuſſoribus proderit. [t]

a *Nihil valebit.* nam etiam prius ab eo peti nõ poteſt. Vel dic quò ad directam: ſed doli ſic, etiam poſt mortem ſerui. [a] & ſecundũ primum ſenſum verba illa, ne à ſe pe. ad ius, non ad factum referuntur: quaſi in iure nõ petat: vt. ĩ. de verbo. obliga. ſtipulatio. ij. §. hi qui. & quod dixi ſerui pactionẽ non valere, fallit in caſu: vt ſupra eo. iuriſgẽtium. §. ſed & ſi quis. &. ſ. retulimus.

a] In hoc glo. reprehẽditur per Bar. An. P. & Iaſon.

† Id eſt alioquin. Cuiac.

* Emendat Cuiacius à filio.

b *Exceptio.* ſcilicet directa.

c *Exceptio.* ſ. quamdiu ſeruus viuit. Vel dic etiam poſtea. Sed cur non ex pacto ſerui: vt ex pacto filij datur patri: vt in prin. huius legis dicitur? Reſpõ. quia pactum in filio validũ eſt: & ideo ex eius perſona datur patri: ſed in ſeruo qui etiã ante pactum in iudicio conueniri nõ poteſt, pactum ſuperuacuũ eſt: & ideo ſicut ſimile pactum eſt domino inutile ad agendum: vt. ĩ. de verbo. obliga. ſtipulatio iſta. §. hi qui. ita eſt hoc inutile ad excipiendum directò. vtilis tamen datur exceptio doli: vt hîc dicitur.

d *Non poſſumus.* quantùm ad pactum. nam de dolo excipient: vt infra ea. l. §. Iulianus. & infra de iureiur. qui iuraſſe. §. ſi pater. Sed contra infra eo. auus. Solu. vt dixi ſupra eo. ſi tibi. §. ſi pactus. Accurſius.

e *Actum.* vt nobis proſit. nam tunc directò prodeſt.

f *Ne à Titio.* ſcilicet filio meo.

g *Defenſori.* vel patri. Et not. hanc regulã quæ quandoque fallit: vt in actione quam cedit vel dedit creditor, quæ inutilis ſibi erat: eſt tamen vtilis ei cui ceditur: vt infra de ſolu. Stichum. §. pe. Item fallit infra. rem ra. ha. l. procurator. ij. in fi. &. C. de iur. do. l. fi. in principio.

h *Proſit.* non idem in extraneo. an ergo prodeſt patri? quod videtur propter rationem prædictam.

i *Filiafamilias.* vel dic quòd tunc erat ſui iuris quando paciſcebatur. vel dic quòd erat in poteſtate patris: ſed in id tempus fuit [b] pacta quo ſui iuris futura eſſet. nam dum eſt in poteſtate, agere non poteſt: quia licèt ſit communis actio patris & filiæ, pater tamen ſolus agit: vt infra ſolu. ma. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. Item ſemper intelligas [c] ante nuptias factum: poſt nuptias autem contractas & durantes non valet: vt. ĩ. de pact. do. l. ij. &. l. ſi pater. §. j. &. l. Atilicinus.

b] Idẽ ſi nõ cõfert in id tempus quo non erit ſui iuris. P. Alex. & Iaſon.

c] Idem B. tamẽ Bal. Pau. & Alexã. intelligũt ſi pactũ non ſit in præiudiciũ dotis.

k *Legatum eſt.* ſecus in ſtipulatione & aliis contractibus conditionalibus: quia tunc habet actionem pater infra de verbo. obliga. ſi filiusfami. in princ. ſed legatum filio quæritur, ſi tẽpore exiſtentis conditionis ſui iuris ſit. Sed quid hodie cum tantùm vſusfructus adquiratur patri: nũquid pactũ filij oberit patri? Non videtur: quia melius eſt coarctare, &c. vt. C. de bonis quæ libe. l. fi. §. filiis autẽ fami. Item not. hîc quòd aliquid pacto remittitur, quod repudiari non poteſt: vt. ĩ. de leg. ij. ſi ita ſcriptũ. §. j. in tex. & glo. j. &. ĩ. de mino. denique. §. ſi quid.

l *In ſolidum.* de hoc. ĩ. e. l. ſi vnus. in prin. & ideo non reſpondet.

m *Omnibus.* ſcilicet fideiuſſoribus.

n *Quorũ.* ſcilicet fideiuſſorum.

o *Interfuit.* ſ. principaliter: vt. ĩ. e. l. fideiuſſor §. cum alio.

p *Debitoris.* i. debitori facta.

q *Proficiet.* niſi animo donandi fideiuſſerit: vt infra eo. quod dictum eſt. vel in rem ſuam: vt infra. l. iiij. & infra de libe. leg. ſi quis reum. in princip. ibi, quid tamen. & eſt pro contradicente: vt infra manda. ſi pro te. & niſi cum hoc actum eſt: vt ſubiicit. infra. l. proxi. ſtatim.

† Collige ꝙ idẽ eſt aliquid fieri tẽpore congruo, vel in illud tẽpus conferri cõcor. text. in arg. in. l. in tẽpus. ff. de here. inſtit. text. in. l. qđ ſponſæ. C. de dona. ante nup.

r NIſi hoc. *Non vtetur.* hoc nõ videtur ſtare poſſe veteri vel nouo iure. veteri, quia cum creditor fideiuſſorẽ cõuenit, tenetur ei cedere actionem: quod is non poteſt facere: ergo exceptione repellitur: vt. ĩ. de ſol. Stichum. §. pen. nouo non: quia cum nouo habet prius reum cõuenire, repellet fideiuſſor creditorem, niſi reum principalem conueniret: quem conuenire iam non poteſt: vt in authen. de fideiuſſo. §. j. col. j. Solu. [d] ad vtrũque fideiuſſor hic cõſenſit huic perſonali pacto. vnde nil iam poteſt obiicere fideiuſſor. & ſic etiam nõ ob. infra. eo. l. fi. in prin. &. C. de vſu. rei iudi. l. fi. in fi. &. ĩ. de iureiur. l. duobus. ij. reſpon. Alij dicunt quòd hîc reus non erat ſoluẽdo: vnde actionem cedi, vel prius eum conueniri, fideiuſſori non expedit. Alij dicunt quòd licèt pacti exceptio ſibi non proſit, doli tamen prodeſt: vt ſupra eo. reſcriptum. §. plerunque. Alij dicunt quòd renunciauit beneficio cedendarum actionum, & beneficio nouæ conſtitutionis: quod facere potuit: vt. C. e. l. penul.

d] Omnes ſolutiones placẽt Bart. & Iaſ. dẽpta ſecũda: quãuis Alexan. dicat ꝙ iſta eſt diuinatiua.

FIdeiuſſoris.] CASVS. Lex ſequens quæ continuatur cum iſta. dicit quòd ſi Titius fideiuſſor pactum faciat de nõ petendo, quòd illud pactum mihi reo non prodeſt. nam & ſi habuiſſes alios confideiuſſores, non prodeſſet: quia non intereſt Titij fideiuſſoris quòd non petatur à confideiuſſore, vel à reo. [CVM ALIO.] Hîc ponitur caſus ita, quòd ſi reus principalis liberetur, & fideiuſ. ab eo datus: quia principaliter intererat rei fideiuſſorem liberari. & pro hoc hic. §. vel iunge eum ſuperiori: & tũc expone vt in apparatu. Accurſius.

ſ *Proderit reo.* niſi cum ſolutionis locũ obtinet: vt in iureiur. quod circa rem interponi inuenitur: vt. ĩ. de iureiur. l. duobus. §. à fideiuſſore. Item cum pactum in rem eſt: vt. ĩ. eod. idem eſt. in fi. &. l. ſeq. Item quando pro ſuo procuratore: vt. ſ. qui ſatiſda. co. de die §. j. &. ĩ. l. proxi. Item & ſi aliter ſua interfuit: vt. ĩ. de arbi. l. aduerſus. in fi. & in hac litera, quia nihil, &c. aliàs non: vt in prin. huius. l. &. ĩ. de cõdic. inde. cum is. §. fideiuſſor. ſed videtur ſemper prodeſſe reo, cũ ſit hæc exceptio in rem ex parte opponentis ſemper: vt. ĩ. de exceptione doli. l. ij. §. j. ſed ibi dolus fuit commiſſus in re adquirenda, ſiue actione qua nunc agit. vnde exceptio doli eſt in rem ex parte opponentis: hîc non ſic: ſed in paciſcendo de non petendo fuit quæſita exceptio. ſed tam remittendo quam extorquendo debitori dolum non facit.

t *Nec fideiuſſoribus proderit.* ſ. pactum factum vni ex fideiuſſoribus.

UNED

neq; enim [a] quoquo modo cuiuſque intereſt. Cũ † alio conuentio facta prodeſt: ſed tunc demũ, cũ per eum cui exceptio datur, principaliter [b] ei qui pactus eſt, proficiat: ſicut in reo promittendi, & his qui pro eo obligati ſunt. [c]

XXIIII. IDEM *libro tertio ad Plautium.*

SEd ſi fideiuſſor in rem ſuam [d] ſpopõdit, hoc caſu fideiuſſor pro reo accipiẽdus eſt: & pactum cum eo factum, cum reo [e] factũ eſſe videtur. B

Pactum de nõ petendo, factum vni ex duobus reis, prodeſt alteri ſi ſua intereſt quòd proſit, nõ aliter: & pactũ perſonale nõ egreditur perſonã: & pactum fideiuſſoris ne petatur à reo prodeſt reo quãtũ ad exceptionẽ doli: licèt paciſcentis nõ interſit pecuniariter: & hoc eſt propter cõnexitatẽ quam habet obligatio fideiuſſoris cum C obligatione rei. h. d. in effectu vſq; ad l. ſi vnus. Alexan. de Imo.

XXV. IDEM *libro tertio ad ad Edictum.*

IDem in duobus [f] reis promittendi, & duobus argentariis ſociis. * Perſonale pactum ad aliũ [g] nõ pertinere, [h] quemadmodum nec ad heredem, Labeo ait. Sed quamuis fideiuſſoris pactum reo non proſit: plerunq; [i] tamen doli exceptionem reo profuturam Iulianus ſcribit.

XXVI. VLPIANVS *libro quarto ad Edictum.*

VIdelicet † ſi hoc actũ ſit, ne à reo quoq; petatur. Idem & in confideiuſſoribus [k] eſt.

Per pactum vel nouationem vnius ex duobus reis credendi ſociis, alteri præiudicari non poteſt: ſecus per ſolutionis receptionem, vel litis conteſtationem. Barto.

bus. ſed cum fideiuſſori contra fideiuſſorem deberet actio cedi quando ſoluitur: vt. j̃. de fideiuſ. l. fideiuſſoribus. licèt nõ poſtea: vt. j̃. e. titu. l. fideiuſſor. quomodo creditor alium cõueniendo cedit contra iſtum cui fecit pactum? Reſpon. vt dixi. s̃. l. proxi.

a *Neque enim.* i. nullo modo intereſt alicuius fideiuſſorum à reo vel à fideiuſſoribus nõ peti. & ſecundum hoc eſt. §. cum alio, &c. hæc eſt plana. vel lege ſine. §. hoc modo: nec enim conuentio cum alio facta ꝓdeſt alij quoquo modo cuiuſq;. ſ. paciſcentis intereſt. i. ratione cuiuſlibet intereſſe etiam modici: ſed tum demum, &c. Innuitur ergo quòd aliquo modo fideiuſſoris interſit à confideiuſſore non peti. ſed quomodo? Reſpon. fortè ratione affectionis & cõſanguinitatis: cuius hîc ratio nõ habetur: licèt in iudicio bonæ fidei habeatur: vt. j̃. man. cum ſeruus. ibi, placuit enim. Nec dico eius intereſſe ratione ceſſionis faciẽdæ confideiuſſori contra hunc liberatũ: quia in eum iam fieri nõ poteſt cum ſibi pactũ factum eſt: licèt hoc quidam dicant per. l. j̃. de fideiuſſo. l. ſi fideiuſſores. §. idem reſpondit.

*Hæc verba continenter cũ ſuperioribus legit Baro.

b *Principaliter.* q. d. pecuniariter. Accurſius.

c *Obligati ſunt.* ſ. fideiuſſoribus: quibus ſi prodeſt pactum reo factum, ipſi reo principaliter prouidetur: vt hîc, &. j̃. l. ſi vnus. §. ſi cum reo. in fin.

SEd ſi fideiuſſor.] CASVS. Fideiuſſi pro procuratore meo: poſtea factum eſt pactũ de non petendo: an proſit procuratori meo quæritur. Et reſpondetur quòd ſic: quia iſte procurator loco fideiuſſoris eſt. Item ſi ſint duo rei ſtipulandi, vel promittendi: ſi vni fiat, proderit fideiuſſori dato. ſi alij, ſcilicet reo promittendi, vel ſtipulandi: eſt verius quòd pactum vnius alteri nocet & prodeſt. [PERSONALE.] Feci pactum vt à me non petatur. non proderit iſtud pactum fideiuſſori meo: vt hîc, & ſupra eodem. l. niſi. [SED QVAMVIS.] Dictum eſt ſupra eo. l. fideiuſſoris. quòd pactum fideiuſſoris non prodeſt reo, nec fideiuſſori: nunc dicit quòd illa vera ſunt, niſi agatur expreſſim vt proſit. tunc enim confideiuſſori & reo proderit ſolummodo quo ad exceptionem doli. & hoc dicit cum. l. ſequenti, quæ continuatur cum iſta. Viuianus.

d *Sed ſi fideiuſſor in rem ſuam.* quia pro defenſore ſuo ſpopondit. facit ſupra qui ſatiſda. cogan. l. de die. §. j.

e *Cum reo.* id eſt defenſore. Accurſius.

f IDem in duobus. ſcilicet vt pactũ factum cum vno eorum, cũ reo principaliter factum eſſe videatur: ideoque fideiuſſoribus à ſe datis proſit, non vt noceat alteri vel proſit: cũ eius principaliter non interſit: vt infra eodem. l. ſi vnus. in princ. Vel largè intelligitur ſecundum M. vt etiam alteri proſit ſi ſocij ſunt: quia tunc principaliter intereſt: nec ob. l. ſi vnus. quia ibi inciderunt in ſocietatem. Item ibi credendi: hîc debendi. Accur.

g *Ad alium.* ſcilicet fideiuſſorem.

h *Non pertinere.* ſecundum quod vno modo accipitur: vt. §. eo. l. iuriſgentium. §. pactorum. & ſic nõ obſtat. s̃. eo. ſi tibi. §. ſi pactus. &. §. fi. & l. ſequenti. Vel dic quòd perſona emptoris & venditoris, donãtis & donatarij, patris & filij, domini & ſerui, vna eſt quo ad hoc vt pactum vtilitatem conferat.

i *Plerunque.* videlicet ſi hoc actum eſt: vt. j̃. l. proxi. quod ſemper præſumitur agi ſecundum quoſdam. nos contra. Sed an dices idem de pacto cuiuſlibet extranei: vt etiam ſi non ſit procurator meus, nec mihi attingat: mihi doli exceptio quæratur? Quidam ſic. nam nec fideiuſſor mihi in hoc procurator eſt: & tamen mihi quærit, & cõfideiuſſoribus ſuis. nec obſtat quòd videar cadere in errorem M. qui dixit ex pacto cuiuſlibet actionem quęri, quod nos negamus: quia aliud in exceptione quærenda, & aliud in actione: vt argumen. infra de regulis iuris. l. fauorabiliores. & j̃. de actionibus & obliga. Arrianus. Vel dic verius quòd non adquiritur etiã exceptio mihi per prorſus extraneũ: vt. s̃. eo. ſi tibi. A §. ſi pactus ſim. &. §. cum poſſeſſor. & l. ſi vnus. §. ſi cum reo. verſi. ꝙ ſi ſine. & j̃. negotiorum geſtorum. Pomponius. Accurſius.

k VIdelicet. Et in confideiuſſoribus. ſcilicet ſi hoc actum eſt. aliàs non: vt ſupra eo. l. fideiuſſoris.

SI vnus.] CASVS. Dictum eſt. s̃. l. & heredi. de duabus diuiſionibus: &. §. in his. dictum eſt de vna. ſ. quãdo plures ſunt obligati ſimul: an proſit alteri conreo pactũ alterius de non petendo. nunc autẽ & quãdo pluribꝰ in ſolidum tenetur aliquis: & an noceat pactũ vnius rei credendi alteri reo credẽdi. & eſt caſus talis: Pone: Duo ſunt argẽta. vel duo rei ſti. vnus ex creditoribꝰ fecit pactũ de non petendo: nunquid nocet alij? Et reſpõdeo ꝙ nocere nõ poteſt: quãuis quilibet in ſolidũ poſſit petere. Itẽ vnus de argentariis & de reis renouare non poteſt: ſed vni reo credẽdi vel argẽtario rectè ſoluitur. nam & filiusfamilias nõ poteſt nouare, licèt C poſſit ſolui filiofa. [SI CVM.] Creditor meus fecit mihi pactum quòd à me non peteret vſque ad annum. dicitur hîc quòd tale pactum mihi & fideiuſſori meo prodeſt ad annum: ſed vltra annũ nec fideiuſſori nec mihi prodeſt. [QVOD SI SINE.] Debebam tibi decem, pro quibus Titius fideiuſſit. conuenimus inter me & te quòd tu faceres pactum de non petendo tantùm Titio fideicommiſſ. i. feciſti pactum tantùm fideiuſſ. & nõ mihi: nunquid valeat pactum tale quæritur. Et reſpond. quòd bene valet: & eſt ratio: quia videor mihi adquirere exceptionem, licèt quidam iuriſtæ contradixerunt: & malè [PACTVS.] Feci pactum de non petendo, cum mihi deberes decem: poſtea feciſti mihi pactũ vt liceret mihi petere. Dicitur hîc quòd ita erit procedẽdum: quia agã priſtina actione. Et ſi tu obiicias mihi excep. pacti de nõ petendo: ego autem replicabo, quia feciſti mihi pa- D ctum de petendo: primũ pactum eliditur, & potero etiam agere cõtra fideiuſſorẽ: quia pactum de nõ petendo non prodeſt eis: vt s̃. eo. dictum eſt. nam prius pactum nõ tollitur ipſo iure, ſed per exceptionẽ. Hæc autem vera ſunt in pacto: ſecus in ſtipulatione. nam ſtipulatio tollitur per ſtipulationem: vt ecce, tenebaris mihi ad decem ex ſtipulatione. ſtipulatus fui illa decem à te vel ab alio animo nouandi. tollitur quidem prima ſtipulatio per ſecundam ſtipulationem: vt dictum eſt. & eſt ratio: quia in pactis verſatur ius naturale, quod eſt immutabile. in ſtipulatione verſatur ius ciuile, quod tollitˀ per aliud ius ciuile. vel dic vt ibi no. vel dic quòd per hoc pactum de petendo non agitur inter contrahentes vt aliud pactum tollatur: ſed vt replicationẽ inducat, ſiue naturalem obligationem, ſecundum Bul. [SED SI PACTVM.] Tenebaris mihi actione iniuriarum. feci tibi pactum ne agam iniuriarũ. ſi poſtea paciſcamur vt liceat mihi agere, non naſcitur mihi actio: quia non valet poſterius pactum, quia hoc E facere non poſſumus. & eſt ratio: quia ex pacto actio iniuriarũ non naſcitur. [IDEM.] Vendidi tibi fundum pro decem re integra. i. antequam ego tibi traderem fundum, vel tu mihi pretium. i. decem: pacti ſumus de non petendo poſtea: & ſic diſceſſimus. Dicitur hîc quòd ſi poſtea paciſcamur de petendo vt agamus adinuicem, id eſt vt ego pretium peterem, & tu fundum: quòd prima obligatio non reſuſcitaretur: ſed nouus quaſi contractus fit. q. d. iſtud poſterius pactum de petendo, nõ reſuſcitat priorem obligationem factam de fundo vendendo: ſed proficit ad nouum contractum, id eſt ad nouam venditionem. [QVOD SI NON.] Vendidi tibi pro decem fundum, vt dixi: poſtea feci tibi pactum de non petendo niſi. viij. vel v. poſtea conuenimus vt petam integra. x. Dicitur hîc quòd primus contractus valet nihilo minus: & iſtud vltimum pactum renouat priorem contractum, id eſt nouam formam edicit. [QVOD ET IN SPECIE.] Scire debes quòd ſe-

* ἐκ τοῦ κοινοῦ refertur ad vtroſque, & duos reos & duos argentarios per. l. 3. §. 1. j̃. de liberatione legata.

† No. ꝙ de natura huiꝰ dictionis, videlicet, eſt quòd nõ ſolũ ſit declaratiua: ſed etiam reſtrictiua cõcor. l. cũ quidã. § 1. ff. de vſur. no. Bar. in l. 1. ff. ad leg. Aquil.

cundum iura iſta dos mulieri reddi debet annua, bima, trima die. Vnde pone quòd Berta cum viro ſuo fecit pactum vt ſtatim A ſibi dos reddatur : poſtea fecit pactum cum viro vt reddatur annua,bima,trima die.valet iſtud pactum vltimũ : & dos reddi debet annua,bima,trima die:quia poſterius pactum primum reuocat.

XXVII. PAVLVS *libro tertio ad Edictum.*

SI vnus ex argentariis ſociis [a] cum debitore pactus ſit, [b] an etiam alteri noceat exceptio? Neratius, Atilicinus, Proculus, nec ſi in rem pactus ſit, alteri nocere : [c] tantùm enim [d] conſtitutum, vt ſolidum alter petere poſſit. Idem Labeo. nam nec nouare [e] alium B poſſe, quamuis ei rectè ſoluatur. [f] ſic enim & his qui in noſtra poteſtate ſunt, rectè ſolui quod crediderint, licèt nouare non poſſint. quod eſt verum. Idémq; in duobus reis ſtipulandi [g] dicendum eſt.

Exceptio pacti porrigitur ad fideiuſſores eatenus quatenus com petit principali. Item principalis poteſt paciſci fideiuſſori. Bartolus.

C Si cum reo ad certum tempus pactio facta ſit: vltrà neq; reo, neque fideiuſſori [h] prodeſt.

[ILLVD.] Depoſui apud te aliquid : & pacti ſumus vt non teneaaris de dolo futuro: non valet pactum. ſed ſi paciſcor tecũ vt non agã depoſiti : valet pactum. nam videor paciſci vt ne agam de dolo futuro. [PACTA.] Hîc dicitur quòd pacta turpia non valent. nam non poſſum paciſci ne agam pro futura iniuria, vel furto: ſed facta iniuria vel furto paciſci poſſum ne agam : quia quatenus pactum alicuius priuati cauſam ſiue vtilitatem publi. contingit. nec nocet nec prodeſt factum : quia videtur contra reipubl. vtilitatem quando de futuro flagitio paciſcũtur, ne quis teneretur. expedit enim, &c. cum etiã per hoc homines ad delinquendũ, etiam in re aliena, inuitarentur. nam cõuentio facta in vna re non debet nocere in alia : vel non debet nocere alij perſonæ. [SI CVM.] Debebas mihi.x.feci tibi pactum ne petam. xx. vel cum mihi.xx. deberes, feci tibi pactum ne petam. x. valet quidem pactum in vtroque caſu in.x.& alia.x.petam. [SED SI STIPVLATVS.] Promiſiſti mihi alternatiuè. x. aut Stichum : & poſtea feci tibi pactum ne.x.petam.non potero agere nec pro decem,nec pro Sticho.nam in vtroque mihi præiudico, niſi aliud inter nos agatur. [SED SI GENERALITER.] Promiſiſti mihi hominem in genere : poſtea facio tibi pactum de non petendo, Stichum puta:non potero amodo petere Stichum, ſed alium bene petam, & bene petere poſſum. [ITEM SI PACTVS.] D Supra dictũ eſt quando aliqui de re aliqua ſingulari paciſcuntur: nunc autem dicit quando de vniuerſitate. & eſt caſus talis : Tu poſſidebas quandam hereditatem, pro qua egi aduerſus te petitione hereditatis : & tandem tibi feci pactum de non petendo. vel egi aduerſus te pro naui : & tandem feci pactum de non petendo. ſi poſtea aliquam rem ſingularem illius hereditatis petam, vel vſumfructum cauſalem dicens mihi deberi : denegatur mihi actio. vel dic, ſi petam poſtes ſingulares nauis : repelles me exceptione pacti facti de non petendo. His enim tribus caſibus ego repellar à te exceptione pacti facti. [SI ACCEPTILATIO.] Dicitur hîc quòd acceptilatio, ſcilicet inutilis, puta quãdo inter partes agitur de aliquo contractu tollendo alio quàm ſtipulatione per acceptilationem,&c. [SERVVS.] Titius me inſtituit heredem in quadam hereditate, in qua erat quidã ſeruus, qui mihi heredi futuro ſtipulatus fuit: an valeat tale pactũ, quæritur. Et reſpon. aut expreſſit proprium nomen mei heredis futuri: quo caſu non valet pactum. aut non expreſſit nomen meum proprium,& tunc valet. Viuianus.

a *Sociis*.quibus idem in ſolidum debeatur.

b *Pactus ſit*.de non petendo.

c *Alteri nocere.* imò videtur nocere : vt infra de arbi. ſi duo. quæ eſt contra. Solu. dicunt quidam hoc ſpeciale in argentariis: quod nil eſt, quia in. l. contraria ſpecialiter in eos dicit valere. nam ſimiles ſunt aliis reis: vt ſupra eod. idem. Alij dicunt [a] quòd hîc erant ſocij re, non conuentione: vt inſtitu. de ob. quæ ex quaſi con. §. item ſi inter aliquos. Alij dicunt illud in ſententia, hoc in ſimplici pacto. Vel verius [b] hîc cum ab alio eſt iam lis conteſtata : vt infra de duo. re. ex duobus. vel ibi de re dubia : hîc de certa donanda. Item alia ratione videtur nocere : vt infra de iureiur. l. duobus. in princip. quæ eſt contra. Sed illud in delatione ſacramenti, quæ eſt maioris authoritatis : cum loco lit. cõteſt.

a] Nõ tenetur ſecundũ B.B.Alex.& Iaſo.

b] Eſt vera in ſe: ſed nõ quo ad contrarium, ſecundũ prædictos.

habeatur: vt eo. tit. nam poſtea. §. ſi is. ſed lit. conteſt. ab vno alteri nocet: vt infra de duo. reis. l. ex duobus. Vel dic hîc re, [c] non conuentione ſocij erant: vt modo dixi in ſolutione alterius contrarij. Item videtur adhuc hîc nocere: vt infra de accepti. l. & per iuſiurandum. §. fin. & infra de duo. re. l. iij. quæ ſunt contra. ſed aliud eſt in acceptilatione quàm in pacto: vt hîc, & infra de libe. lega. ſi is qui. §. j. &. l. ſi quia reum. in princip. &. §. j.

c] Iſta fuit reprobata per omnes in.1.parte. glo.

Quòd ſi ſine perſona ſua reus pepigerit ne à fideiuſſore petatur, nihil id prodeſſe fideiuſſori quidam putant, quanquam id rei interſit : quia ea demum [i] competere ei debeat exceptio, quæ & reo. Ego didici prodeſſe fideiuſſori exceptionem. non ſic enim illi [k] per liberam perſonam adquiri, quàm ipſi [l] qui pactus ſit, conſuli videmur. [m] *quo iure vtimur.

*videmus. Halo. videtur.

Licèt ſtipulatio per ſtipulationem tollatur ipſo iure: tamen pactum liberatorium per ſecundum ope replicationis eliditur, ſi prima actio durat: ſed ſi eſt extincta, peractum non reſtituitur, ſed in obligationibus quæ cõſenſu contrahuntur, noua actio naſcitur: & res de facili ad ſuam naturam reuertitur. Barto.

Pactus ne peteret, poſtea conuenit [n] vt peteret. prius pactum per poſterius elidetur : [o] non quidem ipſo iure, [p] † ſicut

d *Tantum enim*. id eſt tantam ſortitur de iure poteſtatem. q. d. nõ remittere.

e *Nam nec nouare*. imò videtur quòd poſſit nouare. nam cum hi argentarij inſolidum agerent, ergo erant duo rei credendi, re ſaltem, licèt non ſint ſocij : vt infra de duo. re. eandem. & quia hîc dicit ſocijs: ſed alter reorum credendi poteſt nouare : vt infra de noua. ſi rem. §. ſi duo. quæ eſt contra. ſed dic vnum non poſſe nouare, vt hîc, quin teneatur ſocio : vt ibi. vel dic non poſſe cũ ab alio lis eſt cõteſtata: [d] vt infra de duo. re. l. ex duobus.

d] Iſtæ ſol. diſplicent ſcriben. ideo dic quòd hîc erãt ſocij: in cõtrario nõ. Bar. Alb. Ang. P. contra Bal. Fulg. & Iaſo.

†Bal. hîc reputat iſtum tex. ſing. ad hoc quòd ſtipulatio cõtinet in ſe ius: ſed pactũ continet in ſe factum. Bolog.

f *Rectè ſoluatur*. ſcilicet antequã ſit lis ab alio cõteſtata: vt. ĵ. de duo. re. l. ex duobus. quæ eſt contra. Vel dic, ſi ſint ſocij : vt hîc, etiam poſteà: aliud ſi non ſint ſocij, vt ibi.

g *Stipulandi*. qui ſcilicet non ſunt argentarij : ſunt tamen ſocij. nam. ſ. de duo. re. ſimiliter locutus eſt, & ſociis. & poſſunt omnia planè intelligi cũ vnus eſt primò litem cõteſtatus: vel ei eſt conſtitutum: vt. ĵ. de conſtit. pecu. l. idem eſt.

h *Neque fideiuſſori*. de fideiuſſore ideo dubitabatur, quia pactum rei duplex eſſe videbatur: & de non petendo vſque ad tempus: & de petendo poſt tempus: vt argu. ĵ. de arbi. Celſus. §. idem ait. pactum autem de petendo fideiuſſori nõ nocet: vt. ĵ. eod. l. fi. [e] poſt D tempus autem nõ poſſe conueniri videbatur: ſed nõ eſt ita. nam finito tempore non ex pacto aliquo, ſed prima actio efficaciter intenditur: vt arg. ĵ. de preca. ſed & ſi manente.

e] Dic quòd ille tex. loquitur quãdo tẽpus nõ fuit ſtatutũ: hîc verò fuit. Alex. & Iaſ.

i *Quia ea demum*. bene dico non prodeſſe, quia, &c.

k *Tam enim illi*. fideiuſſori.

l *Quam ipſi*. ſcilicet reo.

m *Videmur*. non quòd ipſe liberetur : ſed quia amicus ſuus grauatus non manebit: quod eſt magnum: vt arg. infra vt in poſ. leg. ſi is à quo. in fin.

n *Conuenit*. conſenſu vtriuſque: aliàs non eſſet pactum: vt ſupra eod. l. j. §. j.

o *Elidetur*. vt dixi ſupra.

p *Ipſo iure*. imò videtur ꝙ ipſo iure tollatur: vt. ĵ. de ſol. Stichum. §. naturalis. contra. Sol. dicunt quidam ꝙ ibi erat ciuilis & naturalis obligatio: & ideo naturalis ipſo iure tollitur. cũ enim naturalis ſit quaſi ſocia ciuilis obligationis, ex eiꝰ ſocietate corruptio- E nem contrahit: [f] modicũ enim fermẽti totã maſſam corrũpit. hîc verò cũ ſola naturalis ſit, ſolo pacto tolli nõ poteſt: ſecũdũ Irne. ſed hæc ſolutio diſplicet & nobis & legi: vt. ĵ. de iureiu. l. fin. j. reſpõ. Alij dixerũt, vt R. tolli ipſo iure. ſ. exceptione. ſed hoc diſplicet: quia hoc nõ eſt tolli obligationẽ, ſed elidi. Alij dicunt econtrario ad primã, quòd ſi inueniatur naturalis cum ciuili, nõ poſſit naturalis tolli per pactum: quia vna [g] eſt ſubſtantia vtriuſque, vnde vna ſublata neceſſarium eſt & ciuilem tolli : quod eſſe non poteſt. Et quòd ſit vna ſubſtantia, innuitur. ĵ. vbi dicit, totã obligationẽ, &c. ſed expone ibi, totam. i. omnem. at quando ſola, dic vt ibi. nam poſſeſſio animi & corporis aliter amittitur, quàm poſſeſſio ſolius animi. ſed hoc non valet, quia iuncta ciuili tollitur: vt. ĵ. de iureiur. l. fi. Nos verò omnino obligationem naturalem tolli per pactũ dicimus: ſiue ſimplex ſit, ſiue cum alia. qualiter ergo huic. §. reſpondebimus? Aliud [h] certè eſt in pacto de non petẽdo: aliud de petendo. nam pactum de non petendo, fit ad liberationem:

f] Nihil eſt: imò magis cõfirmationem trahit. B.B.P. Alex. & Iaſo.

g] Nihil eſt, ſecundum prædict.

h] Imò non eſt aliud. quo ad tollendã obligationẽ naturalem. B.B.P. Alexan. & Iaſo.

UNED

rationem: pactum verò de petendo, ad obligationem. & pactum de non petẽdo, tollit ipſo iure naturalem obligationem: pactum verò de petendo, non reſuſcitat naturalem obligationem ſublatam: quia proniores ſumus ad liberandum: vt. j̃. de act. & oblig. Arrianus. & ſic non eſt contra, nec poſſunt inſultare aduerſarij vt dicant: nõne vos ſoli dicitis oriri obligationem ex pacto de nõ petendo? cur ergo illa per pactũ poſterius nõ tollitur? Reſpon. quia nõ omnis naturalis tollitur. nam ea quæ fit ad liberandum, non tollitur: & hoc fit propter liberationem: ideoque non tollitur. nã hîc talis obligatio, quæ liberandi cauſa eſt, ad exẽplum verę liberationis quæ fieret per ſolutionem, ipſo iure non tollitur. Nec mirum ſi dicamus obligationẽ, liberationem: quia & libertas dicitur ſeruitus: vt. j̃. de ſerui. vrb. præ. l. j. Quod ergo hîc dicitur in pactis factum verſari, ſubaudi talibus, id eſt ad liberationem factis: vt non poſſit tolli per pactum de petendo. Præterea alia ratione dicendum eſt poſterius pactum non tollere pactum de non petendo. Nam pactum de non petẽdo factum, tria operatur. Nam ipſo quoque iure tollit naturalem, & elidit ciuilem: obligat quoque paciſcentem naturaliter ad non petẽdum. quod patet, quia ſi ſtipulatio interceſſiſſet, eſſet obligatus ciuiliter & naturaliter: ergo ſi nudum pactum, tantummodo naturaliter: & quia naturaliter eſt obligatus aliquis furtum non facere: vt inſtit. de ob. quæ ex quaſi deli. in princip. Itẽ pro me eſt arg. C. de trãſact. vbi pactum. vbi acceptilationem vocat vinculum. nec ob. infra de iur. do. ſi pater. j. §. qui debitorem. vt ibi notaui. pactum autem de petendo, naturalem obligationem ſublatam per pactum de non petendo, non reſuſcitat: ſed obſtaculum ſcilicet exceptionis contra ciuilem oppoſitum reiicit: nec naturalem inducit obligationẽ: & fortè naturalẽ tollit. quare fit vt vetus obligatio cum effectu inſtituatur: nõ vt noua inducatur, ſed cõtra eſt in pacto de non petendo. Si obiiciatur, cum ciuilis ſola remanſit obligatio: quomodo effectum ſortiri poterit? Reſpon. bene. nam & hoc idem contingit in chirographo poſt bienniũ: & in re iudicata: ſiue prius non debeas, ſiue debeas. Hæc enim non poteſt dici naturalis obligatio. Io. verò dixit aliquãdo quòd ex vltimo pacto naſcitur naturalis obligatio: & ipſa cum ciuili iungitur. quod mihi non videtur, cum non ad hoc fieri videtur. Porro ſecũdum pactum de non petendo interpoſitum poſt pactum de petendo, non operatur illa tria. quid miri? quia primũ iam fecit quod fieri à ſequenti non potuit. Alij dicunt ꝙ operatur quatuor primum, & quatuor ſecundum. tollit enim primum naturalem, & inducit aliam naturalem: & inducit exceptionem: & elidit ciuilem. ſic & ſecundum tollit naturalem, & inducit naturalem, & elidit exceptionem: & coadiuuat ciuilem, ſecundum Bulg. & Azo.

* id eſt actio. nam actionẽ iuris eſſe oſtendit eius definitio, inſti. de act. §. 1. in prin.

† id eſt exceptio ne petatur, quã plerique tradũt facti eſſe. l. auus. in fin. eo. Alc. li. 1. parad. c. vl.

Pactum de non petẽdo, tria operatur.

tollitur ſtipulatio per ſtipulationem, [a] ſi hoc actum eſt: quia in ſtipulationibus [b] ius [c] * continetur, in pactis factum [d] † verſatur. Et ideo replicatione exceptio elidetur. [e] Eadem ratione contingit ne fideiuſſoribus [f] prius pactum proſit. [g] Sed ſi pactum conuentum tale fuit, quod actionem quoque tolleret, [h] velut iniuriarum, [i] non poterit poſtea paciſcendo vt agere poſſit, agere: quia & prima actio ſublata eſt: & poſterius pactum ad actionem parandam * inefficax eſt. Non enim ex pacto iniuriarum [k] actio naſcitur, ſed ex contumelia. [l] Idem dicemus [m] & in bonæ fidei contractibus, ſi pactum conuentum totam [n] obligationem ſuſtulerit, veluti empti. Non enim ex nouo pacto prior obligatio reſuſcitatur, ſed proficiet pactum ad nouum contractum. [o] Quòd ſi non vt totum contractum tolleret, pactum conuentum interceſſit, ſed vt imminueret: [p] poſterius [q] pactum po-

* i. reparandã, præſtandam.

a *Per ſtipulationem*. Aquilianam factam animo nouandi, hodie expreſsè, olim tacitè: nõ aliàs: vt ſubiicit hîc, & C. de noua. l. fi. & ſic non eſt contra. j̃. de verb. obli. ſi dari. quia ibi non fuit actum tacitè vel expreſsè. vel dic, per ſtipulationẽ. i. per acceptilationẽ quæ ſequitur Aquilianã ſtipulationem: vt inſti. qui. mo. tol. obli. §. eſt autẽ. ſed videtur per aliam ſtipulationem non tolli: vt. C. de tranſac. vbi. quæ eſt contra. Sol. ibi nõ dicit actionem extinctam intẽtari: ſed metu pœnæ nec de facto agi: quia vetus actio eſt extincta: vt hîc. nec enim plus dabit ei pœnę ſolutio, quàm aliàs aduerſarij dolus: vt. C. de tranſac. l. actione. & l. ſub prætextu. vbi ſi eſt extincta, nunquam reſuſcitatur, licèt agatur actione de dolo.

b *Quia in ſtipulationibus*. quod conſiſtit in ſolennitate verborum.

c *Ius*. ſcilicet ciuile: vt inſti. de actio. §. de conſtituta.

d *In pactis factum*. id eſt in opponendo [a] beneficio pacti verſatur factum: ſcilicet quia allegat pactum factum, licèt de ſolennitate nihil dicat Io. Eo ergo inſpecto quòd in pacto factum vertitur, non poteſt tolli alio pacto interueniente poſtea, vt in authen. de æquali. do. §. j. col. vij. & j̃. de capti. in bello. §. factæ. ſed eo inſpecto quòd in eo pacto ſtipulationis vertitur ius, vt in ſtipulatione: tolli poteſt alio iure ciuili: vt hîc. Vel dic factũ verti in pactis, id eſt ius naturale, id eſt naturalem obligationem: arg. j̃. de pecu. nec ſeruus quicquam. nam immutabile eſt: ius verò ciuile quod ex ſtipulatione ſolenni inducitur, per aliud ius, id eſt per aliam ſtipulationẽ tollitur: vt inſtit. de iur. na. §. pe. & inſti. de leg. ag. tu. §. fi. Hæc reſponſio diſplicet: quia omnis obligatio, ſiue ciuilis, ſiue naturalis tantum, per ius ciuile. i. per ſtipulationem ſolẽnem tollitur: vt. j̃. de noua. l. j. §. illud præterea. & in ſtipulatione ius naturale continetur, vt. s̃. e. l. j. §. fi. dixi. quinetiam pactum non tollit ius ciuile, id eſt ciuilem obligationem. poteſt tamen hęc opinio defendi: vt ſic factũ non tollat factũ: ſed ius tollat ius: & factum tollat ius, & ecõtra ius tollat factũ: imò ideo factum [b] verſari dicitur in pacto, vt primò dixi, quia hoc ſolũ ſufficit allegare, ꝙ mihi ſit factum pactum, etiam ſi cõfiteor pactũ poſtea interceſſiſſe de petẽdo. nam nihilominus primi pacti durat exceptio: vt inſt. de repli. in princ. etiã ſi confiteor mihi factum inter abſentes, vel dolo, vel metu: & ſic intellige. at in ſtipulatione ius continetur: nec enim ſufficit dicere: ego ſum ſtipulatus. ſi dicam acceptò tuliſſe: non ſufficit ſi dicam, ego interrogaui, & ipſe reſpondit: niſi hoc factũ iure allegem. i. inter præſentes, & in continenti. quia ergo is qui ex ſtipulatione agit, in vno oneratur, id eſt probanda ſolennitate ſtipulationis: ipſe debet in alio releuari, & benigne debet cum eo agi, ſcilicet vt ipſo iure prima ſtipulatio per ſecundam tollatur. at in cõtractibus, & in pactis cæteris, onus probandi ei non incumbit: vnde in eis ſua natura cuſtoditur: arg. ad hoc. j̃. de iureiur. eum qui. j. reſpõ. & j̃. de proba. cum de indebito. j. reſpõ. & §. j. vel melius [c] ponitur ius pro vinculo vel obligatione. at pactum de non petẽdo interponitur potius ad extinguendam obligationem, quàm ad contrahendam: & ideo non tollitur ipſo iure per pactum de petendo niſi fortè in eo quod obligatur naturaliter non petere: & ita dico omne pactum obligatorium tolli per contrarium pactum: vt infra de reg. iur. l. nihil tam. re tamen integra: vt in emptione: ſi tamẽ pactum primum ius. i. obligationem continet. ſecus ſi extinguat. nam nec acceptilatio extinguitur per contrariam acceptilationem.

a] Iſte intellect⁹ nõ cõgruit literæ, ſecũdũ Barto. P. & Iaſo.

b] Iſte intellectus nõ differt à primo, & eodem modo reprehẽdit ſicut primus, ſecũdum B. B. P. & Iaſo.

Oneratus in vno, in alio debet releuari.

c] Dicit B. ꝙ iſte intellectus tendit ad declarationẽ: quãuis Iaſ. dicat quod eſt valde ſeparatus.

e *Elidetur*. vt ſupra dixi.

f *Ne fideiuſſoribus*. ſ. conſentientibus in vltimo pacto de petẽdo.

g *Proſit*. imò videtur prodeſſe: vt. j̃. eod. l. fi. quæ eſt contra. ſed hîc conſenſit ſecundo pacto: ibi non. vel dic quòd hîc ex poſt facto interuenit fideiuſſor: ibi ab initio.

h *Tolleret*. ſcilicet ipſo iure.

i *Velut iniuriarum*. vt non poſſit de iure intentari: licèt de facto intentetur: vt. C. de tranſac. vbi. quæ eſt contra.

k *Iniuriarum*. quæ nudo pacto tollitur ipſo iure: vt ſupra eod. ſi tibi. §. quædam. & etiam diſſimulatione: vt infra de iniuriis. non ſolum. §. j.

l *Sed ex contumelia*. vel alio modo facta iniuria: vt. j̃. de iniu. l. j. §. iniuriam. Accurſius.

m *Idem dicemus*. vt prima obligatio ipſo iure per pactum tollatur in bonæ fidei contractibus, & non reſuſcitetur: non vt noua non naſcatur: & ſic non per omnia idem.

n *Totam*. Not. totam. nam ex hoc colligitur quòd vna ſit ſubſtantia ciuilis & naturalis obligationis. ſic & infra eod. §. ſed ſi ſtipulatus. & hoc quidam dixerunt, ſed malè. nam quare diceretur tolli naturalis, ſi ſeparationem non reciperet? dic ergo totam, id eſt omnem vel vtranque.

o *Ad nouum contractũ*. primo ſublato: vt hîc, & j̃. de reſcin. ven. l. ſi quam rem. & ſupra eod. iuriſgentium. §. adeò. & dixi modò in diſtinctione pactorum.

p *Imminueret*. vt quia rogauit venditorem vt de precio ſibi animo donandi remitteret: & tunc nihilominus tenet primus contractus: vt infra loca. ſi tibi habitationem. & infra eod. emptor. in princip. aliud eſt ergo ſecundam venditionem facere, verbi gratia vt quod pro. x. dedi, do pro. v. & aliud deminuere tantùm de precio, vel de re.

q *Poſterius*. ſcilicet tertium de petendo toto precio, & tota re: vt ab initio conuenerat. Vel dic quòd de eodem dicit quo precium fuit deminutum. & tunc ſecundum quoſdã dic renouatur, id eſt quoddam nouum pactũ adiicitur, ſcilicet minoratio precij. & quod dicit poteſt. i. poſſibile eſt ſi agatur: vt diximus. s̃. eo. in diſtinctione illa pactorum.

UNED

teſt renouare [a] primum contractum. Quod & in ſpecie dotis actionis procedere poteſt: [b] puta pactam mulierem, [c] vt præſenti die dos redderetur: deinde paciſci, vt tempore ei legibus dato [d] dos reddatur: incipiet dos redire ad ius ſuum. nec dicendum [e] eſt deteriorem cõditionem dotis fieri per pactum. Quotiens enim ad ius quod lex naturæ eius tribuit, de dote actio redit: non fit [f] cauſa dotis deterior, ſed formæ ſuæ redditur. [g] Hæc & Scæuolæ noſtro placuerunt.

Dolus futurus nõ poteſt remitti:ſecus in præterito. Barto.

Illud nulla pactione [h] effici poteſt, ne dolus [i] præſtetur: [k] quamuis ſi quis paciſcatur ne depoſiti agat, [l] vi ipſa [m] id pactus videatur, ne de dolo agat. quod pactum proderit.

Pacta quæ continent turpem cauſam, vel publicam vtilitatem, non ſunt obſeruanda. Bart.

Pacta quæ turpem cauſam continent, non ſunt obſeruanda: [n] veluti ſi paciſcar ne furti [o] agam, vel iniuriarum, ſi feceris. Expedit enim timere furti vel iniuriarum pœnam. ſed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus. [p]

Item ne experiar interdicto *Vnde vi*, [q] quatenus [r] publicam cauſam contingit, paciſci non poſſumus. Et in ſumma ſi pactum cõuentum à re priuata [ſ] † remotum ſit, non eſt ſeruandum.

Quia ſupra tractauit vſque ad §.pactus.a.l.ſi tibi. §. 3.qualiter pactum extendatur de perſona ad perſonã: hîc incipit tractare quomodo pactum factum in vna re, porrigitur ad aliam, per totã hanc l.poſtea per totũ. tit. tractat quæſtiones extrauagãtes quæ nõ continuantur.

Ante omnia [t] enim animaduertendum eſt, ne conuentio in alia re facta, [u] aut cum alia perſona: in alia re, aliáve perſona noceat. [x]

Minor ſumma ineſt maiori. Bartolus.

Si cum decem mihi deberes, pepigero ne à te viginti petã: in decem prodeſſe [y] tibi pacti conuẽti vel doli [z] exceptionem placet. Item ſi cum viginti deberes, pepigerim ne decẽ petam: efficeretur per exceptionem mihi opponendam, vt tãtùm reliqua decem exigere debeam.

In obligatione alternatiua pactum de altero non petendo, totam obligationem elidit. ſecus in obligatione generis, ſi eſt electio creditoris. h.d.cum.§.ſeq. Bart.

Sed ſi ſtipulatus decem aut Stichum, [a] de decẽ pactus ſim, [b] & petam Stichum aut decem: [c] exceptionem pacti conuenti in totum obſtaturam. Nam vt ſolutione & petitione [d] & acceptilatione vnius rei tota obligatio ſolueretur: ita pacto quoque conuento de vna re non petenda interpoſito, totam obligationem ſummoueri. [e] Sed ſi

a *Renouare*.i.reformare.vel.i.nouum pactum conſtituere, primo ſublato: quod dic vt in diſtinctione pactorum.

b *Procedere poteſt*.ſcilicet vt poſterius pactum renouet primum.i. nouam formam ei præſtet.

c *Pactam mulierem*.ſ.incontinenti, ſcilicet quãdo dedit, vel quando diuertit. nam aliàs actio ſibi ex pacto non datur: [a] vt.ſ. eo. iuriſgentium.§.quinimò.

a] Iſto iure digeſtorum: ſecus de iure Codicis, quo iure ineſt tacita ſtipulatio. tex.in.l. vnica.C. de rei vxo.act.

d *Legibus dato*.ſ.annua, bima, trima die, ſecundum tempora huius.l. hodie vero ſtatim immobilia: ſed mobilia poſt annũ: vt. C. de rei vxo.act.§.cum autem.

e *Nec dicendum*.reſpõdet obiectioni tacitæ: quę fit per.l.vt infra de pact. do. l. de die. &.l. Atilicinus.

f *Non fit*.fictione huius legis.

g *Redditur*.Nõ.arg.cũ quęritur [b] an valeat priuilegium indultum eccleſiæ ne ſibi poſſit obiici ab alia eccleſia niſi præſcriptio cẽtum annorũ. nec enim poteſt alia eccleſia dicere ꝙ ex hoc reſcripto ius ſuũ lædatur: cũ hoc erat ſtatutũ antiquitus: vt. C. de ſac. ſanct. eccle.l. fi. & eſt ad hoc.j. de lib.& poſthu.l. filio quem.&. j. quib⁹ mo. pignus vel hypo. ſolu. l.voluntate.§.fin.

b] Iſta glo. reprehenditur per Bar. Alexã. & Ia.quia lex nihil facit ad iſtam quæſtionẽ.

h *Illud nulla pactione*.ſ. expreſſa.

i *Ne dolus*. futurus.

ADDI. Adde tex. iuncta glo. iſta in aſſigna. Ro. quare dolus futurus non poteſt remitti. Dic quia inuitaretur quis ad delinquẽdum. in.l.cõuenire.j.de pac. do. & adde ſecundum Iaſo. vnum pulchrum dictum Bal.in.c.j.§. itẽ ſacramenta.in vlti.col. per illum text.de pa.iu.fir.in vſi. feu. quòd ſi aliquis promittat ſe non denunciaturum maleficium, & iurat: nõ valet iuramentum: quia aperiret viam iniquitati ad delinquẽdum. alle. Inno.in.c.ad noſtram.de iureiur. Addo quòd iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.in.c.inter cætera.xxij.q.iiij.in cap. quanto. extra de iureiur.in cap.j.extra de conſuetu.in.vj. & in propoſito de iuramento. Addo Iaſo.in.l.qui iurato.in.ij.col.ſ.qui ſatiſda.co.

† Cuiacius emendat publica. ſed ita poſſumus Florent. & vulgatam lectionẽ interpretari, à re priuata .i. ſi nõ ſpectet priuatorũ vtilitatem

k *Præſtetur*.ſi fiat.

l *Agat*. ſcilicet ratione futuri: [c] ſed quid ſi de præterito? Reſpon. valet etiam quò ad dolum: licèt ſimpliciter remittam. aliàs enim nihil videtur remiſſum, nec pro præterito, nec pro futuro: cum ſolus dolus veniat in depoſitum: vt arg.j.de lega.j. ſi quando. ſed aliter [d] in vltima voluntate: vt. j. de lib.leg.l. Aurelio.§. Gaius. in quo etiam diſtingue vt dixit Io.inſtitut.de leg.§. ſi quis debitori. Sed quæ eſt ratio differentiæ? Reſpon.vt.C.de pec. eius qui liber.me.l.j.ſed hîc non inuenit aliquid quod remittat: ſed certè imò latam culpam.

c] Imò principiũ loquitur in dolo futuro: & finis in præterito.Bar. Pau. & Ia.

d] Imò eodẽ modo, ſecũdum Bar.

m *Vi ipſa*.aliàs re ipſa.

n *Obſeruanda*.ſiue nuda, ſiue veſtita: vt hîc, &.C.eo. pacta quæ. &.j.de verb.ob.l.generaliter.&.l.ſi plagij.

o *Furti*.& idem eſt in ſequenti.

p *Poſſumus*.quia per hoc non publico, ſed iuri noſtro renunciamus: quod fieri poteſt: vt.C.e.l penult.

q *Vnde vi*.ſcilicet ſi vim feceris.

r *Quatenus*.i.quia publica, &c. Vel dic quatenus propriè poni.nã ante violentiam pactum factum non valet: poſtea ſic. & in accuſatione legis Iul.de vi.nam ante non valet: poſtea ſic: licèt nõ ingerat pœnam ſanguinis: ſed tranſigi non poteſt: vt.C. de tranſac. l.trãſigere.&.j.de iur.fi.l.in fiſci.&.j.ad leg.Iul.de vi publi.l. qui cœtu.§.qui vaccantem. Accurſius.

ſ *Priuata*.id eſt familiari.& ſic eſt de eo quod publicum tangit: vt de furto futuro.

t *Ante omnia*. optimè adaptatur ad ſuperiora, quonia ſi fuerit conuentio in re non familiari.i. in re quæ cõtingit publicã vtilitatem, obeſſet in alia re, puta in familiari re alterius. ſed ſi fiat in re familiari alicuius paciſcẽtis, valet: quia non fit in his quę contingunt publicã vtilitatẽ. de perſona autẽ ſupponitur gratia vberioris doctrinæ. vel dic ꝙ & ipſum optime conuenit prædictis.

u *Re facta*. ſ. quàm in familiari: vt.ſ.eo.iuriſgentium. §. & generaliter. vel lege ſimpliciter, vt diſtĩguit ibi glo. optimè, &c.

x *Noceat*. vel proſit: vt ſ.eo.ſi tibi.§. ſi pactus. & niſi in caſibus in quibus ſentẽtia inter alios lata, inter alios tenet: vt infra de re iudi.l. ſæpe. Item niſi in caſibus illis in quib⁹ alteri per alterum actio adquiritur: vt no.inſt.de inuti. ſtip.§.ei vero qui. Item niſi principaliter interſit paciſcẽtis: vt.ſ.e. fideiuſſoris.§.cũ alia cõuẽtio. vel niſi vna perſona reputetur: vt.ſ.e. ſi cum emptore. Item quod dicit de re, fallit quãdo alia eſt acceſſoria illius in qua pactũ fit: vt.j.eo.l.§.ſed ſi ſtipulatus. &. ſ. ſi quis cau.l.ij.in prin.

y *In decem prodeſſe*. in toto enim pars cõtinetur: vt.j.de excep.rei iudi.ſi quis cum totũ.in prin.&.j.de verbo. obliga.l.j.§.ſi ſtipulanti.&.arg.j.de arbi.diem proferre. §. ſi plures.verſi.inde quæritur.

z *Doli exceptionem*.hæc locum habet vbicunq; & prima: niſi iuſta ignorantia vel perſonæ reuerentia aliud inducat: vt.j. de except.do.l.ij.§.item quæritur.&.l.apud.§.aduerſus.

a *Aut ſtichum*.ſub alternatione.

b *Pactus ſim*.de non petendis.

c *Decem*.alternatiuè: vt promiſſum fuit.

d *Solutione & petitione*. ſ. facta cõtra alium animo nouandi: vt.j. de noua.l.delegare.&.j.de in rem ver.ſi pro patre in prin.&.j.de ſolu.l.ſolutionem. Vel dic petitione, cum res.ſ.æſtimata fuerit, & præſtita rei æſtimatio. Vel pone ab vna parte petitione & ſolutione. Vel dic quartò, petitione, abſolutione tamẽ ſecuta per ſententiam: quo caſu fit per exceptionem: vt.C. de vſur.rei iudi.l. fi. §.fi.item facit.j.de libe.leg.l.non ſolùm.j.§.j.in fin.

e *Obligationem ſummoueri*. imò videtur non tota: vt.j.de accep.& per iuſiurandum.§.ſi Stichum. quæ eſt contra. ſed hîc [e] actũ fuit vt tota tolleretur obligatio: ibi nõ: imò vt maneret alter in obligatione. Vel aliter & melius ibi ideo in altero non tollitur obligatio, quia fuit facta acceptilatio in Sticho: & ipſe deceſſit pendente cõditione ſub qua promiſſio.x.vel Stichi ante fuerat facta. & ſic patet ꝙ nulla fuit acceptilatio in Sticho de quo fuerat expreſſum: vt.j.de noua.l.quotiens.nec ergo in tacito: vt arg. j. de ſer.ruſti.præ.l.item. §. qui habet. quare alter remanſit in obligatione: ſed hîc ſtatim valuit pactum in.x.quia purè promiſit.x.aut Stichum.

e] iſta non placet Bar. B.& Ias.

a] Diſplicet B.B.&P. ideo dic quòd ibi cōtractus fuit celebratus gratia vtriuſque: hîc gratia vnius tantū, ſecundū Bar.& alios.
b] Ibi erat electio debitoris, hîc creditoris. Bar. & Iaſ.

Stichum. Item eſt contra. ʒ. de reſcin.ven.l.ſi emptio. Sol. ibi a couenit ne alterius tantùm eſſet emptio: hîc ſimpliciter fecit pactum de vno non petendo: quia videtur & in alio remiſiſſe. A

a *Idem eſt.* ſcilicet per contrarium.

b *Conuenerit.* & de decem petendis conuenit, ſubaudi.

c *Opponetur.* imò & ſi ne pacto non fuit in obligatione: nec peti potuit: vt inſtit.de act. §. præterea. b Item ſi quilibet homo eſſet in obligatione: ſi Stichus fieret meus, licèt deſineret, non poſſet mihi ſolui: quod falſum eſt: vt infra de ſol. qui decem.§.Stichū. dic ergo, opponetur exceptio intentionis, non iuris. ſed econtrà videtur quemlibet hominem eſſe in obligatione tali caſu: vt infra de leg. ij. Mæuius.§.duobus. Sed dic illud de ſtricto iure: hoc de æquitate.& ſecundū hoc indiſtinctè petā alium. vel verius dic quòd hîc ſtipulator habebat electionē ex pacto expreſſo. ſi autē promiſſor haberet electionē, illū elegiſſe videretur de quo eſt pactū factum. Sed an eadem diſtinctio in eligēdo in alternatiua ſtipulatione ſit facienda? Videtur quòd ſic: vt. ʒ. de condic. inde. cum is. §. fin. ſed Azo cōtradicit. Dicit enim quòd iſto mortuo vel pacto facto non tenetur in altero: licèt ſtipulator habeat electionem. ſed non ſic quando in genere tenetur. Item ad id quod hîc dicit alium poſſe peti, eſt cōtra. ʒ. de accepti.& per iuſiurandum. §.ſi is. Sol. ibi in totum renunciauit: c hîc non. vel aliud dic in acceptilatione, vt ibi, quàm in pacto: vt hîc: cum acceptilatio ſit imaginaria ſolutio: vt inſtitu.qui.mo. tol.ob.§.item per acceptilationem.& hæc vera eſt, arg. ʒ. de lib.leg.ſi quis reum. circa princ. Alij dicunt quòd ibi erat electio promiſſoris. Item opponitur: quia etiam eundem videtur poſſe eligere de quo pepigit: vt infra de op.le.l.homine legato. quæ eſt contra. ſed illud in legatis. d Sed quare diuerſum? Reſpon. ſecundum R. quia ibi repudiauit vnum ex ipſis tunc temporis quando adhuc non erat trāſlata electio ad legatarium. vnde non tenuit quò minus eundem eligat poſtea, cum electio ad eum tranſierit: quia non poteſt repudiatio valere in his quæ non petere debentur: vt. ʒ. de adqui.here.is qui. & de leg.ij.ſi ita ſcriptum. §.j. ſed pactum ſic: vt hîc, &.ſ.eo.& heredi.§.filiafam. Tu dicas e plenius quia quod in.l.prædicta de op.le. dicitur eundem poſſe eligi: verum eſt ab herede, non à repudiāte: vt hîc. nam ſemper eſt legatarij electio, etiam à principio: & herede non exiſtente in mora: vt inſtit.de leg ʒ.ſi generaliter. licèt R. contra dixit: vt dictum eſt. & infra fami.erciſcun.heredes.§.ſi incerto. D E

c] Diuinationem ſapit, ſecundū Ange.
d] Diſplicet Ange.
e] Iſta etiā diſplicet Ange.

d *Singulas res.* aliud in exceptione rei iudi. vt infra de except. rei iudi. ſi quis cum totum.§.ſi ancillam. quæ eſt contra. & hoc ideo, quia hîc conſenſio: ibi non: vt infra de verbo.oblig.inter ſtipulantem.§.j. Item quia qui rem petit, cauſam exprimit: ex qua cauſa ſi abſoluitur reus, non nocet petenti ex alia. Sed in pacto non ponitur cauſa: vnde generaliter abſolutus ſeu liberatus videtur. Accurſius.

e *Vſumfru.* ſed qualiter ex eadem cauſa poteſt peti vſusfru. nam ſi dominus fuerit, vt dixit, ergo vſumfruct. habere non potuit ea cauſa qua dominus erat. Reſpon. petit ex eadē cauſa non ſibi dari, ſed aduerſario denegari, ſic.ſ. vt vti frui non poſſit. nam actio negatoria domino fundi datur etiam non poſſidēti: vt. ʒ. ſi vſuſfru.pe.l.vlt.&.l.pe.§.fin.& poteſt hîc proptè in vſufru. dici, cum vſusfr. pars rei ſit. Sed quid in aliis ſeruitutibus? Reſpon. aliud: f vt arg. ʒ. de lega.ij.cum filius.§.dominus.&.l.is cuius.

id actum inter nos ſit, ne decem mihi, ſed Stichus præſtetur: poſſum efficaciter de Sticho agere, nulla exceptione opponenda. Idē eſt a & ſi de Sticho non petendo conuenerit. b Sed ſi generaliter mihi hominem debeas, & paciſcar ne Stichum petam: Stichum quidem petendo pacti exceptio mihi opponetur: c alium autem hominem ſi petam, rectè agam. B

**Qui promiſit non petere totum, remouetur à petitione cuiuſlibet partis eius. hoc dicit.**

Item ſi pactus ne hereditatem peterem, ſingulas res d vt heres petam: ex eo quod pactum erit, pacti conuenti exceptio aptanda erit: quemadmodum ſi conuenerit ne fundum peterem, & vſumfructum e petam: aut ne nauem ædificiumve peterem, & diſſolutis his ſingulas res petam: niſi ſpecialiter aliud actum eſt. C

**In pactis liberatoriis ſi non valet quod ago vt ago, valet vt valere poteſt. Bartolus.**

Si acceptilatio inutilis fuit: f tacita pactione id actum videtur, ne peteretur. Seruus heredi pòſt adituro nominatim g paciſci non poteſt: quia nondum is dominus ſit. ſed ſi in rem pactū conuentum factum ſit, heredi adquiri poteſt.

**Pupillus paciſcendo non poteſt ſuam cōditionem deteriorem facere, ſed meliorem. Bart.**

XXVIII. GAIVS *libro primo ad Edictum prouinciale.*

Contra iuris ciuilis h regulas pacta conuenta rata non habētur: veluti ſi pupillus ſine tutoris auctoritate pactus ſit ne à debitore ſuo peteret, i aut ne intra certum tempus (veluti quinquenniū) peteret. nam nec ſolui ei ſine tutoris auctoritate poteſt. k Ex diuerſo autē ſi pupillus paciſcatur, ne quod debeat, à ſe peteretur, ratum habetur pactum cōuentum, quia meliorem cōditionem ſuam facere ei etiam ſine tutoris auctoritate conceſſum eſt. l Si curator furioſi aut prodigi pactus ſit ne à furioſo m aut prodigo peteretur, longè vtile eſt curatoris recipi pactiones: ſed non contra. n

**Pactum de non petēdo, factum ab eo qui non poteſt petere: eſt nullum. Item in generali & libera conceſſione non venit donatio. Item in ipſo contractu poteſt filius paciſcendo præiudicare patri, & ſeruus domino. Barto.**

f] Imò idē, ſecundum Bar.& P.

f *Inutilis fuit.* hîc eſt argu. pro M. qui dixit ſemper ex inutili acceptilatione tacitum induci pactum, niſi eos contra ſenſiſſe probetur. & facit pro eo. ʒ. de accepti.l.an inutilis. in princ. prout eſt ibi litera Piſana. ſed Bul. ecōtra dicebat per eandem.l. prout eſt ibi cōmunis antiqua litera. & quod hîc dicit, exponebat, ſi in hoc quo conſenſum habebat. Nos autē ſecundū Io. dicimus idem quod Bul. ſi eſt inutilis ratione cōceptionis ineptę: vt quia inter abſentes: vel ſub conditione vel in diē: vt ar. ʒ. de conſt. pec.l.j.§.eum qui. ſi autem ratione rei quę interponitur, eſt inutilis, idē dicimus quod M. vt. ʒ. de reſcin. vend.l. cū emptor. &. ʒ. de accepti.l.acceptilatio. & l. ſi acceptolatū. & ita hîc intelligitur. Acc.

g *Nominatim.* Facias tres caſus. aut nominatim proprio nomine g expreſſo futuri heredis ſtipulatur vel paciſcitur: & tunc non valet, vt hîc. aut appellatiuo, puta heredi futuro: & tunc valet: vt infra de ſtipu.ſer.l.ſeruus hereditarius. &.l.ſi ex re.§. fin. aut neque proprio, neque appellatiuo: & ita in rem: & tūc valet: vt hîc in fine dicitur.

g] Idem ſi exprimat nomen proprium & appellatiuum ſimul. B.B. P.& Iaſo.

*Contra.*] CASVS. Pupillus fecit debitori ſuo pactum de non petendo ſine tutoris auctoritate: an valeat pactum, quæritur. Et reſpon. quòd non, nam pupillus nō poteſt facere pactum de non petendo. Sed ſi creditor fecit pactum de non petendo ipſi pupillo: nunquid valeat? Et reſpon. quòd ſic: & eſt ratio in litera. [SI CVRATOR.] Hîc dicitur quòd ſi curator furioſi vel prodigi facit pactum ne petatur ab ipſo furioſo vel prodigo: quòd valet tale pactum. ſed ſi prodigus vel furioſus paciſcatur ne ipſe petat: tale pactum non valet. [SI FILIVS.] Hîc dicitur quòd ſi filius vel ſeruus paciſcatur ne ipſe filius vel ſeruus petant à debitore peculiari: quòd tale pactum non valet. Sed pone quòd ipſe fecit pactum ne ipſe filius petat, nec etiam pater: nunquid valet pactum? Et quidā diſtinxerunt, an filius vel ſeruus liberam peculij adminiſtrationem habeant: & hoc caſu valet pactum: nec patri vel domino præiudicatur. ſed hæc diſtinctio reprobatur, & aliter diſtinguitur: quia aut fit pactum, & in præiudicium patris: vt quia facit animo donandi: & hoc modo valet pactum. aut non facit animo donandi: & tunc quia ipſi non præiudicatur, valet pactum. Viuianus.

h *Ciuilis.* idem ſi contra ius naturale vel prætorium, vel quamlibet partem iuris: vt.ſ.eo.iuriſgentium.§.prætor ait. vel contra bonos mores: vt. ʒ. ſo.ma.l.alia.§.eleganter.&.C.eo.pacta quæ.

i *Peteret.* ſed an ipſo iure nō obſtat pactum? Quidā dicunt quòd ſic: vt. ʒ. quarum re.act.non da.l.j.§.j. Tu dic per replicationis remedium, vt quia pupillus: vt. ʒ. de iureiur.l.iuſiurandum.§.j.

k *Poteſt.* vt liberetur ſoluēs: niſi habeat pecuniā ſaluam: & tunc per exceptionē doli tantùm defenditur debitor: vt. ʒ. de ſolu.l.in pupillo. Cum auctoritate autē tutoris ſolutione facta liberatur ſoluēs: ſed reſtituitur pupillus ſi pecuniam amiſiſſet: ſed cum iudice facta tutiſſima eſt: vt inſti.qui.ali.li.§.nunc admonendi.

l *Conceſſum eſt.* hæc eſt regula iuris ciuilis: vt inſtit.de au.tut.in princ. & idem eſt per omnia in adulto curatorem habente: vt. C.de in integ.reſti.mi.l.ſi curatorem.

m *A furioſo.* paſſiuè, id eſt, ne creditor petat à furioſo.

n *Sed non contrà.* id eſt non poſſunt debitoribus iſtorum facere

UNED

pactum cauſa donandi: vt hic, &. C. eo. pactum. iij. ſed tranſigẽdi ſic ſecundũ quoſdam, cum generalem habeant adminiſtrationẽ: vt. C. de tranſac. præſes. vel dic vt diximus. ſ. e. l. tutoris quoque.

Si filius aut ſeruus pactus ſit ne ipſe peteret: inutile eſt[a] pactum. Si verò in rem pacti ſunt, id eſt ne ea pecunia peteretur: ita pactio eorum rata habenda erit aduerſus patrem dominúmve, ſi liberam peculij adminiſtrationem habeant: & ea res de qua pacti ſint, peculiaris ſit. quod & ipſum non eſt expeditum.[b] Nam cum verum eſt, (quod Iuliano placet)[c] etiam ſi maximè[d] quis adminiſtrationem peculij habeat conceſſam, donandi ius eum non habere:[e] ſequitur, vt ſi donandi cauſa de non petenda pecunia pactus ſit, non debeat ratum haberi pactum conuentum. Quòd ſi pro eo[f] vt ita paciſceretur, aliquid in quo non minus vel etiam amplius[g] eſſet, conſecutus fuerit: rata habenda eſt pactio.

XXIX. VLPIANVS *libro quarto ad Edictum.*

SIn autem dominicam[h] pecuniam crediderit: quod credendi tempore pactus eſt, valere Celſus[i] ait.

Nota glo. huius. l. ex qua habes quòd pater poteſt facere remiſſionem de iniuria facta filio: quod eſt vtile pro ſtatutis. ideo vide glo. & not. eam. Bartolus.

a *Inutile eſt*. i. inefficax omnibus in ſuo ſtatu manẽtibus: quia & ſine pacto agere non poteſt, niſi in caſibus quibuſdã exceptis in perſona ſerui: vt. ſ. de iud. l. vix. & in perſona filij: vt. ſ. de iud. l. lis & l. ſi filius. &. l. ſi lõgius. §. ſi filiusfa. &. ſ. de act. & ob. filiusfam. &. l. in factum. in quibus caſibus poteſt dici quòd valet pactum: vt infra eo. in perſona. j. reſpõ. ſed & ſtatu filię vel filij mutato poſſunt valere quædam pacta: vt diximus ſupra eo. & hered. §. filiafa. ſed ſeruus manumiſſus ex antè geſto non agit: vt infra de reg. iur. quod quis cum ſeruus. & ideo pactum ſerui non confirmatur ex poſt facto: ſed ſi pacti ſunt ne alius petat ab eis, plenè habuimus ſupra eod. ſi tibi. §. fin. &. l. ſeq. ſed & hodie locũ habebit hic. §. in actione profecticij peculij & aduenticij quo ad vſumfructum tantùm: vt. C. de bo. quæ lib. l. fin. §. filij autem.

b *Expeditum*. id eſt nõ ſemper eſt verum.

c *Placet*. & aliis: vt. ſ. ad Macedo. l. filiusfa. in princip.

d *Maximè*. tunc magis videretur dubiũ. ſic. C. quod met. cau. l. iij.

e *Non habere*. niſi in caſibus:[a] vt ſi iuſta ratione motus donet: vtputa magiſtro: vel hoc ſit ei expreſſè permiſſum, vel ſit filius ſenatoris, vel de caſtrenſi peculio vel quaſi donet: vt infra de admi. tu. l. cum plures. §. cum tutor. verſi. in primis. &. ſ. de tut. & ra. diſtra. l. j. §. j. & infra de dona. l. filiusfa. Item not. ex hoc quod hic habes, quòd in generali permiſſione non continetur donatio vel dilapidatio: vt. ſ. de offi. procur. Cæſa. l. j. §. j. & ij. &. ſ. de ſol. l. ſi is. §. fi. in fin. &. ſ. quod vi aut clam. l. prohibere. §. planè. & infra de polli. ſi quis rem. §. voto. &. ſ. quæ res pign. ob. poſ. l. j. §. j. &. ſ. manda. l. antepe. §. fi. &. l. cum ſeruus. in fi. j. reſpon.

a] Iſtæ limitationes nõ ſunt propriè limitationes, ſecundũ Bart.

f *Pro eo*. id eſt ideo.

g *Amplius*. idem ſi minus, vel etiam nihil: ſi tamen bona fide non animo donandi faceret: fortè quia non habet probationes: & ſic non confidit de iure ſuo. hoc autem exemplum ponit ad maiorem euidentiam fraudis non præſumendæ.

S *I autem*.] CASVS. Dictum eſt. ſ. l. proxi. §. ſi filius. quando ſeruus vel filius de pecunia paciſcuntur: hîc autem dicitur quando ſeruus paciſcitur de pecunia dominica. & caſus qui hîc ponitur, eſt talis: Seruus meus mutuis pecuniis præpoſitus, meã mutuam pecuniã mutuabat: & aliquod pactum in mutuo contractus appoſuit, puta ſuper vſuris: nunquid valet tale pactum? Et reſpon. quòd valet. nam ſeruus poteſt ab initio paciſci in domini præiudicium: quamuis ex interuallo non poſſit. Viuianus.

h *Si autem dominicam*. nam. ſ. de peculiari dixit.

i *Valere Celſus*. ſiue de die reddẽdi, ſiue de vſuris fecerit pactum. non autem pactum de non petendo facere poteſt: vt. ſ. l. proxi. §. ſi filius. & intellige hanc legem quando ſeruus mutuis pecuniis tantùm præpoſitus eſt. vnde ſi poſt contractum factum ex interuallo aliquid paciſcatur quod noceat domino, non valet: vt. ſ. de except. do. l. apud. §. aduerſus. verſi. in hac. nam in adquirendis non in adquiſitis præiudicat ſeruus domino: vt. C. de adquir. poſ. l. fin. ſed ei prodeſſe poteſt etiam ex interuallo. ſi aliter dixeris, hæc lex ſtare non poteſt: ſiue dicas eam loqui cum habet liberam adminiſtrationem in omnibus: quia tunc quandocunque valeret. ſiue nullo modo: & tunc nullo tempore nocet: vt. C. quod cum eo. ſi liberam. &. C. eod. l. ſeruus. Cautè ergo dic quòd habebat poteſtatem tantùm mutuandi.

I *N perſona*.] CASVS. id quod mihi Titius debebat, à ſeruo ſtipulatus fui animo nouandi. modò nihilo minus peto à Titio. an poſſit Titius me creditorẽ remouere à petitione: quæritur. Diſtinguitur, & reſpon. quòd ſi ſeruus tuus ſe voluit obligare, vt tu dominus tenearis: & hoc fecit iuſtè, quia in tanto debitor erat ex cauſa peculij: tu dominus ſerui teneberis, & Titius primus liberabitur. ſi verò ſeruus tuus fideiuſſit: nõ liberabitur Titius primus creditor. [SI SVB CONDITIONE.] Titius debebat mihi decẽ purè: & illa decem ſtipulatus fui à te animo nouandi, & ſub conditione. Diſtinguitur hîc an exiſtat conditio, vel non. nam ſi conditio nõ exiſtit, à primo debitore, id eſt à Titio: ſi verò exiſtat, à te petam. Viuianus.

XXX. GAIVS *libro primo ad Edictum Prouinciale.*

IN perſona[k] tamen filiifamilias vidẽdum eſt ne[l] aliquando & ſi pactus ſit ne ageret, valeat pactio: quia aliquando filiusfamilias habet actionem, veluti iniuriarum. ſed cum propter iniuriam filio factam habeat & pater actionem: quin[m] pactio filij nocitura non ſit patri agere volenti,[n] dubitari non oportet.

Per ſtipulationem nouandi animo interpoſitam prima tollitur vel eliditur, ſi ſequens committitur, vel committi poſſe ſperatur. aliàs ſecus. Bartolus.

Qui pecuniam à ſeruo ſtipulatus[o] eſt, quam ſibi Titius debebat: ſi à Titio petat, an exceptione pacti conuenti ſummoueri & poſſit & debeat, quia pactus videatur ne à Titio petat, quæſitum eſt. Iulianus ita ſummouẽdum putat,[p] ſi ſtipulatori in dominũ iſtius ſerui de peculio actio danda eſt: id eſt ſi iuſtã cauſam intercedendi ſeruus habuit: quia fortè tantandem pecuniã Titio debuit. Quòd ſi quaſi fideiuſſor[q] interuenit, ex qua cauſa in peculium actio nõ daretur: non eſſe inhibendum creditorem quò minus à Titio petat.[r]

k *In perſona*. hæc lex continuatur cum. §. ſi filius.

l *Ne*. pro an.

m *Quin*. pro quòd. Et not. quòd non tangit ad illam quæſtionem, an filio ſit nocitura. Tu dic quòd ſic in prę iudiciũ ſui, id eſt ipſius filij: vt. ſ. eo. & heredi. §. filia. Sed id verum[b] eſt quòd filius inuito patre nõ poteſt actionem iniuriarum ſibi competẽtem remittere in præiudicium patris: ſed pater poteſt inuito filio: niſi patris perſona ſit villis & abiecta: vt. ſ. de iniur. l. ſed ſi. §. filiofa. ſecus in querela inofficioſi teſtamenti quam pater filio inuito non intentat: vt. ſ. de inoffic. teſta. Papinianus. in princ. Item not. actionem iniuriarum dari filiofamilias, ſicut & aliæ quædam: vt infra de iudi. ſi longius. §. j. & infra de act. & obli. filiusfamilias. &. l. in factum.

b] Cõmẽdabis menti & valde iſtam gl. quòd licet filius nõ poſſit remittere actionẽ iniuriæ acquiſitã patri ex perſona filij, tamẽ pater poteſt euã inuito filio: quod eſt ſigẽdum cordi: & habui iſtã glo. in practica, non eſt diu: & lucratus ſum vnã bonã peciam pecuniæ. & eſt vtile pro ſtatutis ſecũdũ Bart. quæ remittũt pœnam habẽti concordiam de offenſa. nã ſi offenditur filius, ſufficit concordia patris. not.

n *Volenti*. nomine ſuo, vel filij.

o *Stipulatus*. animo nouandi.

p *Putat*. imò videtur quòd iure iſto habeat electionem creditor: vt. C. de fideiuſ. non rectè. hodie non, ſed reum tantùm prius eligat: vt in authen. de fideiuſ. §. j. col. j. non ergo debet liberari prior debitor. ſed dic quòd intercedendi modi quinq; ſunt: mandando, conſtituendo, fideiubendo, alienando, obligationem ab initio ſuſcipiendo, & alienam iam natam animo nouandi in ſe transferendo: vt poteſt notari. C ad Velle. l. j. & hoc vltimo modo hîc accipitur. Sed ſecundum hoc quare dicit exceptionem à debitore repelli, cum per nouationẽ ipſo iure fiat nouatio: ſiue hoc agatur tacitè vel expreſſè olim: ſiue expreſſè hodie: vt inſti. quib. mo. tol. ob. §. præterea. &. §. ſed cum hoc? reſpon. improprię[c] dicit exceptionem facti ſiue intentionis, non iuris. Vel dic quòd hîc fuit actum in contrarium, vt non liberaretur prior debitor ipſo iure: vt arg. ſ. eod. niſi. vel poteſt poni[d] ita quòd ſit nouatio, & non ipſo iure: cum in pecunia mihi debeas. x. ſtipulor à te. xx. cum ex alia cauſa, alia. x. mihi debere incipias: & conuenio de reddendo chirographo prioris debiti. hoc caſu per exceptionem liberaris: vt. ſ. de præto. ſtipu. l. penul.

c] Diuinat ad textum. Pau. & Ia.

d] iſta eſt falſa ſecũdũ B. Pau. Ange & Iaſ.

q *Quaſi fideiuſſor*. hæc dictio quaſi, vitium importat. nam impropriè fideiuſſor dicitur, qui animo nouandi ita pro alio ſuſcipit obligationem, ſicut hic fecit.

r *A Titio petat*. ſed cum naturaliter teneatur ſeruus: ſaltem videtur fieri nouatio, vt prior in nihilo teneatur. ſed dic quòd hîc non naturaliter ſeruus obligetur intercedendo pro alio in cauſa: vt. ſ.

vt.ȷ̃.de fideiuſ.l.ſeruus inſcio.&.l.ſeq.ſecus in pupillo,qui naturaliter ſaltem tenetur:vt inſti.qui.mo.tol.ob.§.præterea.

a *Aequè nullo.* fortè detur vel non detur actio de peculio in dominum.& facit.ȷ̃.ſolu.ma.l.ſi cum dotem.§.fi.

b *Credidiſſet.* & non habuit cauſam intercedendi:vt.ſ̃.proxi.

Aequè nullo [a] modo prohiberi eum debere ſi eum ſeruum liberũ eſſe credidiſſet. [b] Si ſub conditione ſtipulatus fuerim à te, quod Titius mihi purè deberet:an deficiente † conditione ſi à Titio petam, exceptione pacti cõuenti & poſſim & debeam ſummoueri? & magis exceptionem non eſſe opponendam. [c]

Contra tenorem legis priuatam vtilitatem continentis paciſci licet. Bartolus.

### XXXI. VLPIANVS *libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.*

Paciſci contra [d] edictum ædilium omnimodo licet: ſiue in ipſo negotio venditionis gerendo conueniſſet, [e] ſiue poſtea. [f]

Ceſſante ratione legis, ceſſat ipſa lex. hoc dicit.

### XXXII. PAVLVS *libro tertio ad Plautium.*

Quod dictum eſt, [g] ſi cum reo pactum ſit vt non petatur, fideiuſſori quoque competere exceptionem: propter rei perſonam placuit, ne mandati iudicio [h] conueniatur. Igitur ſi mandati actio nulla ſit, fortè ſi donandi [i] animo [k] fideiuſſerit: [l] dicendum eſt non prodeſſe * exceptionem fideiuſſori.

Per pactum liberatorium poteſt quis vni ex heredibus prouidere. Bartolus.

### XXXIII. CELSVS *libro primo Digeſtorum.*

Avus neptis nomine quam ex filio habebat, dotem promiſit: [m] & pactus eſt ne à ſe, néve à filio ſuo dos peteretur. [n] Si à co herede filij dos petatur, ipſe quidem exceptione cõuentionis tuẽdus non erit: [o] filius verò exceptiõne conuentionis rectè vtetur. quippe heredi conſuli conceſſum eſt. Nec quicquam obſtat, vni tantùm ex heredibus prouidere ſi heres factus ſit: cæteris autem non conſuli.

Iura generis non poſſunt dirimi.

### XXXIIII. MODESTINVS *libro quinto Regularum.*

Ius [p] adgnationis non poſſe pacto repudiari, non magis quàm vt quis dicat nolle ſuum [q] eſſe, Iuliani ſententia eſt.

c *Opponendam.* nouatio enim non fit ea ſtipulatione, quæ nõ cõmittitur niſi adueniẽte conditione: vt infra de noua.l. quotiens. &.l. nouatio &.ȷ̃.ſi cer.pet. l.pecuniam.& infra de cõdic.inde.l. Iulianus. in fin.

Paciſci.] CASVS. Vendidi tibi equũ, & pactus fui tecum, ne de vitiis iſtius equi tenerer.an valeat pactũ, quæritur . & reſpon. quòd pactum bene valet.

d *Paciſci contra.* ſ.vt nõ agatur de animali,licèt morboſum ſit. & dic cõtra id eſt præter. nec enim edictũ prohibet paciſci.ſic.C. de re.cre. l.nec filius. vel propriè dic contra edictum. i. edicti beneficiũ . nam cum poſſit ſecundũ ius redhibere ſeruum vitioſum, vel aliud animal, huic ſuo iuri poteſt renunciare:vt.ȷ̃.de ædil. edic. l. quæritur. §.ſi venditor. & hoc ſi vterque ignorauit vitium,vel morbum: vitium animi, morbum corporis.Si autem venditor tantùm ſciuit:non nocet pactum emptori, niſi emptor ſciuerit, vel ignorauerit non iuſtè: vt.ȷ̃. de act.empt.l.j.in fin. &.l. quæro.&.ȷ̃.de ædil.edic.l.quæritur.in fi.Concedo ergo quòd cõtra id quod lex iubet, vel quod prohibet,pactum interponi,& paciſci non licet:vt.C.eo.pacta quæ. quæ eſt contra. ſed contra beneficium legis poteſt:vt dicam infra eo. ius publicum. Item not. hîc arg.quòd quilibet poteſt iuri ſuo renuntiare:vt.ȷ̃. de mino.ſi iudex.&.C.eo.l.penul.& infra eo.pactum.

e *Conueniſſet.* vt venditor non teneatur de morbo.

f *Poſtea.* cum hoc pactum fiat ad excipiendũ tantùm, valet etiã ex interuallo:vt.ſ̃.eo.iuriſgẽtium.§.ſed cum.&.ȷ̃. de contrahen. emp.l.pacta.ſed fortè fallit:vt. C. quando lice. ab emp. diſ.l.j. & C.de arbi.l.antepe.

Quod dictum eſt.] CASVS. Dictũ eſt.ſ̃.eo.& heredi.§.fi.quòd pactũ rei fideiuſſori prodeſt.& hoc idem dicit hîc, quòd pactum rei prodeſt fideiuſſori:& reddit hæc lex rationem quare prodeſt fideiuſſori pactum rei : quia fideiuſſor poſſet conuenire reum actione mandati. ſi tamen aliquis fideiuſſit animo donandi,hoc caſu pactum rei non proderit fideiuſſori.

g *Quod dictum eſt.* ſ.ſ̃.eo.& heredi.§.fi.

h *Iudicio.* vel alio:vt neg.geſt.quo quandoq; agitur:vt quando ſine mandato fideiuſſit:vt infra man.ex mandato.§.j. gratia ergo exẽpli poſuit.de hac ſimilis ratio eſt.C.de vſur.rei iudi.l. ſi.§.ſi.& ȷ̃.ad Mace.l.ſed & ſi.§.non ſolùm &.ȷ̃.de mino.patri.in princ.& ȷ̃.de fideiuſſ.Marcellus.&.ȷ̃.de lib.leg.l. ſi quis reum. j. &. ij. rñ. ſed licèt pactũ rei fideiuſſori prodeſt propter ſeipſum, vt hîc: tamen non poteſt vti fideiuſſor beneficio perſonali quo poteſt vti reus,vt quia ſit minor,vel talis qui inquantum facere poteſt, tenetur:vt.C.de fideiuſ.mi.l.j.quæ eſt contra.&.ȷ̃.de re iudi.l. & ſi fideiuſſor.quæ eſt cõtra:quia pacti beneficium eſt reale,non perſonale:vt.ȷ̃.de exceptionibus.l.exceptiones.j.reſpon.&.§.fi.

i *Donandi.* & idem in aliis caſibus,quos diximus ſupra eo.& heredi.in fi.

k *Donandi animo.* ſcilicet reo.

l *Fideiuſſerit.* hoc ita,niſi ſpecialiter ſit actum vt etiam huic fideiuſſori pactũ proſit:quo caſu [a] doli exceptio datur. nam cũ fideiuſſoris pactum proſit reo,ſi hoc egit fideiuſſor: vt.ſ̃.eo. idem.§.fi.&.l.videlicet,licèt conſtet fideiuſſoris non intereſſe: igitur & hîc,licèt non interſit, proderit tamẽ fideiuſſori ſi hoc actum fuit ſpecialiter ſecundum Io.

† Ergo ea pendente exceptio poteſt opponi aduerſ' eos qui putant poſſe ea pẽdente morã à Titio contrahi. Cont.

a] Contrariũ tenet Ia. ſed Bal.& Alexã.tenent cum glo.

Avus.] CASVS. Nomine neptis meæ tibi. x. pro dote promiſi:quia tu eam volebas accipere in vxorem:& feci tecum pactum ne à me nec à filio meo me mortuo peteres.deceſſi, & filiũ meum cum quibuſdã aliis heredem inſtitui. quibus proſit illud pactum quæritur . Et reſpon . quòd filio prodeſt : non autem aliis coheredibus . & eſt ratio: quia voluit heredi filio prouidere tãtùm. Viuianus.

m *Promiſit.* marito futuro. ADDIT. Pondera tex. hîc dum dicit, ꝓmiſit : quaſi velit innuere quòd aliàs non tenebatur niſi ꝓmiſiſſet. dic tamen ſecundũ Ia.hîc quòd etiam ſine pacto tenetur dotare neptẽ.text. eſt in.l. dedit dotẽ. & ibi Bart. in ij.not. ff. de col. bo. & tex.in.l.& ideo.§.fi. cũ l.ſeq. ff. de in rem verſo.&eſt glo.expreſſa in l. ſi vero infra de in rẽ verſo.Ae.P.

n *Peteretur.* ne maritus neptis petat dotem.

o *Non erit.* ſed an tota dos poterit peti ab eo: an verò pro hereditaria parte?Reſpon.tota: [b] vt arg. infra de leg.j. ab omnibus.in princ. [c] arg.contra.ȷ̃.de le.j.ſi fundum ſub conditione.§.ſi libertus.Ei ergo quod dicit quòd vni prouidetur,alij non : vt in fi. huius.l. eſt contra.ȷ̃.de verbo.obliga.eum qui ita ſtipulatur.§. te & Titium. Sol.ibi ad obligandum vnum,quod fieri non poteſt: hîc ad liberandum:quod fieri poteſt:vt.ȷ̃.de act.& ob.Arrianus.vel ibi credebat [d] illum ſolum futurũ heredem:hîc ſciebat & alios eſſe futuros: vt arg.ȷ̃.eo.tale.§.ſi.prima verior eſt:vt.l. ex cõtraria patet in fin.§.vbi apertè innuit pactum valere ad liberandum. Item ad idem eſt contra.ȷ̃.de verbo. obliga. continuus.§. fin. vbi dicitur quòd non poſſum vni ex heredibus ſtipulari quod eſt in dando: ſed quod in faciendo ſic.Sol.ibi in dando : hîc autem in retinendo.vel verius ibi adquiritur omnibus ſtipulatio : ſed exceptione remouetur,quem ſtipulator petere noluit:vt arg.ȷ̃.de his qui. vt indig.cum quidam.&.C.fa. erci. filiæ. ſic & hîc adquiritur exceptio vtriq;:licèt vni tantùm prodeſt . Item ei quod dicit filio directam exceptionem pacti adquiri,eſt contra.ſ̃. eod. & heredi.§. nos autem.ſed diſtingue vt diximus.ſ̃.eo.ſi tibi.§.ſi pactus. [e] Itẽ ei quod dicit patrem filio adquirere,eſt contra.ȷ̃. de verb. oblig. quod dicitur.vbi dicit quòd ea quæ ſunt in faciendo, pater filio nõ quærit.Sed dic quòd hæc exceptio magis videtur datio quàm factum.&facit ad hanc.l.ȷ̃.de pac.do.l.auus.

Ius autem.] CASVS.Hac.l.dicitur quòd ſi habeo te adgnatum, non poterimus paciſci adinuicem vt tu meus adgnatus non ſis:nec paciſci poſſumus vt non habeamus adgnationes . nam ſi dico filio meo,nolo quòd ſis filius meus:non poſſumus ita paciſci,nec remittere.Viuianus.

p *Ius.* i.ius quod habet quis ideo quòd eſt adgnatus:vt in hereditatibus,& tutelis,& in aliis . & idem dico ſi eſt cognatus: vt.ȷ̃. de regu.iur.l.iura ſanguinis. & idem in iure affinitatis, vel quolibet alio ſimili quod renunciari non poteſt: vt arg.C.eo.l.fin.ſed per ſententiam tollitur ius tale:cum tali caſu faciat ſententia ius: vt.ȷ̃.de li.agno. ſiue contra. Sed nunquid per iuſiurandum? Rñ. ſic,ſecundum Io.vt.ȷ̃.de iureiu.l.iij.§.ſed & ſi de conditione. vel dic ius adgnationis.i.neceſſitudo:vt.ſ̃.de iuſti.& iur.l.fin.

q *Nolle ſuum liberum.* i.filium. Piſana litera non habet liberum.

Tres.] CASVS. Titius & Seia & Mæuius erant fratres: & mater eorum Arimini deceſſit: & tunc temporis Mæuius

* Cõcor.66. di.§. his omnibus.

Repetitur in l.auus.ȷ̃. de pactis dotalibus quæ ex hac lege emendanda eſt. Contius.

In vulgatis incipit hæc leg.ius autẽ.

b] Nil eſt niſi pro parte ſua ſecundũ omnes doc. dẽpto Bar. qui non tãgit.

c] Illa lex loquitur quãdo obligatio fuit inchoata in perſona heredis: hîc in perſona defuncti.Ia.& eſt de mente aliorum.

e] Vera in ſe ſed diuinat ſecundum Ia.

c] Hîc fuit ſtipulatus filio vt heredi.B.B.hîc,& omnes in ea l.contraria.

UNED

& Seia abſentes erant: Titius erat præſens. vnde iſte Titius aliquid de iſta hereditate ſubtraxit. tãdem iſti abſentes, ſcilicet Mæuius & Seia reuerſi diuiſerunt hereditatem cum Titio: & de hac diuiſione factum eſt inſtrumentum, quo continetur qualiter ſit facta diuiſio, & quòd amodo non agerent: & poſtea Seia & Mæuius inuenerunt ſe deceptos de eo quòd Titius ſurripuit. modò & Seia & Męuius volunt agere contra Titium: nũquid poſſunt? Et reſpon. quòd bene poſſunt Seia & Mæuius pro ſuis portionibus. & ſi Titius opponat exceptionem tranſactionis quaſi ſit generaliter tranſactũ: Seia & Mæuius de dolo replicabunt. Viuianus.

Ad ſpecies de nouo repertas dolo contrahentium in diuiſione nõ comprehẽſas generalis quietatio non porrigitur in effectu. Barto.

XXXV. IDEM *libro ſecundo Reſponſorum.*

TRes fratres, [a] Titius [b] & Męuius & Seia, communem hereditatem inter ſe diuiſerunt, inſtrumentis interpoſitis, quibus diuiſiſſe maternam hereditatẽ [c] dixerunt, nihílque ſibi commune remãſiſſe cauerunt. [d] Sed poſtea duo de fratribus, id eſt Męuius & Seia, †qui abſentes [e] erant tempore mortis matris ſuæ, cognouerunt pecuniam aureã à fratre ſuo eſſe ſubtractam, cuius nulla mentio inſtrumento diuiſionis continebatur. Quæro, an poſt pactũ diuiſionis, de ſubrepta pecunia fratribus aduerſus fratrem competit actio. Modeſtinus reſpondit, ſi agẽtibus ob portionem eius quod ſubreptum à Titio dicitur, generalis pacti conuenti exceptio his qui fraudem à Titio commiſſam ignorãtes tranſegerũt, obiiciatur, de dolo vtiliter replicari poſſe. [f]

a *Tres fratres.* Not. quod appellatione fratris & ſoror continetur: vt. j. de leg. iij. Lucius. §. quæſitum.

† Not. ex iſto tex. melius quàm alibi in tribus locis, quòd appellatione fratris venit ſoror. facit. l. Lucius. §. quæſitũ. de leg. 3. l. Lucius. §. Mæuia. vbi gl. & Bar. & l. fi. vbi glo. ff. ad Treb.

b *Titius.* præſens: ſed alij duo abſentes.

c *Hereditatem.* ſcilicet matris.

d *Cauerunt.* i. promiſerũt ne communium rerum nomine decætero agerent: vt patet ex vi huius verbi, cauerunt. ſi autem ſimpliciter fuiſſent cõfeſſi, nulla exceptio daretur ex tali erronea confeſſione: & ſic non haberet locum hæc lex.

e *Abſentes.* maximè. nam idem ſi pręſentes: cum reſpon. legis ſit generalis.

f *Poſſe.* quia non videtur pacto perimi, de quo non eſt cogitatum: vt infra de condic. inde. l. fin. §. pe. & infra titu. j. qui cum. §. fi. & infra eo. emptor. §. Lucius. Sed contra. C. de tranſac. ſub prætextu. vbi dicitur quòd prætextu ſpeciei repertæ non reſcinditur tranſactio. Sol. Secundum quoſdam hîc fuerunt dolo inducti duo à tertio: ibi non: vt arg. C. eod. ti. l. ſub prætextu inſtrumenti. §. ſanè. quod eſt falſum: imò ab vtraque parte erat voluntas diuidendi, licèt quædam ſubtraxerit vnus. Tu dic quòd aut eſt petitio ſpecialis & tranſactio: & tunc alteri rei vel perſonæ non præiudicat: vt ſupra eo. ſi vnus. §. ante omnia. ſi autem econtra vtrunque generale, vt hîc, in omnibus præiudicat: vt in. l. contraria. niſi in duobus caſibus: quando aliquid eſt ſubtractum, vt hîc: & quando dubium pendet ex teſtamento: vt infra titu. j. l. non eſt. ſi verò ſpecialis eſt petitio, & generalis trãſactio quo ad verba: tranſactio reſtringitur ad ſpeciem petitam: vt. C. de tranſac. l. ſi de certa. ſi autem petitio generalis, & tranſactio ſpecialis, in aliis reſtat actio: vt. C. de iudi. licet. &. C. de tranſac. l. age. Item adhuc contra infra de verbo. obliga. l. qui Romæ. §. fin. vbi dicit quòd ſi fratres cauerunt ſub pœna ſe nihil facturos contra diuiſionem quam de hereditate paterna fecerunt: ſub illo generali pacto etiam fideicom. à fratre fratri in tempore mortis relictum continetur, vt peti non poſſit. ſed dic illud ideo, quia ſciebant de hoc fideicom. futuro. hîc autem non de hac pecunia ſubtracta. vel dic quòd licèt ita pronunciauerit ibi quidam, tamẽ male pronunciauit. & ſi petatur fideicom. & obiiciatur exceptio pacti generalis, replicatio detur: vt hîc. & ſic in. d. l. obiicietur exceptio petitioni pœnæ.

SI cum.] CASVS. Tu meum fundum poſſidebas: & feci tibi pactum de non petẽdo ſi dares Titio. poſt pactum illud peto à te eundem fundũ rei vindicatione. Dicitur hîc quod poſſum pœnitere pacti, & fundũ petere: niſi in duobus caſibus: ſi tradidiſti: vel ſi tua intereſt fundum Titio dare: puta quia fundum ei ſub pœna promiſeras, & per te non ſtat quo minus des.

g *Poſsideres.* [a] ſecus ſibi tradidiſſem cum poſſiderem, hoc pacto vt alij traderes: quia tunc haberet locum pœnitentia, cum eſſet contractus innominatus: vt infra de condic. cau. da. l. dedi. §. j. & l. ſi pecuniam. in princ.

a] Iſta glo. melius fuiſſet poſita in fin. huius. l. ſecũdũ Iaſ.

h *Mihi.* vindicanti fundum: vt. j. ſequitur.

i *A te.* hîc puncta. nam adhuc licèt fecerim pactum, poſſum vindicare à te, niſi in duobus caſibus. Primus quando iam tradidiſti. Sed ſi tradidit, qualiter habet locum exceptio, cum ipſo iure non teneatur: nec enim poſſidet, vel dolo vel culpa deſiit poſſidere? Reſpon. exceptionem habet non actionis, ſed intentionis. vel dic quòd de alio quodam debito feci pactum ſi illi poſſeſſionem traderes. Secundus eſt, quando tua cauſa hoc conuenit: & paratus es dare, licèt non tradideris: & ſic proximus es ſoluenti: vt in auth. vt exacti. inſtan. do. §. fin. colla. vij. Poteſt eſſe tua cauſa: vt quia alij eundẽ fundũ ſub pœna dare promiſeras, cui te dare promiſi vt in pœnam non caderes. Item fortè litigare nolebas: vnde tuo actori cedere volebas, vt ego contra eum litigarem. niſi ergo vel tradideris, vel paratus fueris tradere, & tua cauſa ſit actum, beneficio pacti renunciaſſe videris.

Pactum de ſoluendo alteri, inducit exceptionem ſolutione ſecuta: vel ſi per eum non ſtat, cuius gratia pactum fuit appoſitũ. Bart.

XXXVI. PROCVLVS *libro quinto Epiſtularum.*

SI cum fundum meum poſſideres, [g] cõueniſſet mihi [h] tecum vt eius poſſeſſionem Attio traderes: vindicantem eum fundũ à te [i] non aliter me conuentionis exceptione excludi debere, quàm ſi aut iã tradidiſſes, aut ſi tua cauſa id inter nos conueniſſet, & per te non ſtaret quo minus traderes.

Adminiſtratores reipubl. non poſſunt quem liberare pacto gratuito. Bart.

XXXVII. PAPIRIVS *Iuſtus libro ſecundo de conſtitutionibus.* *

IMperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, debitori reipublicæ à curatore permitti †pecunias [k] non poſſe: & cum Philippenſibus remiſſæ eſſent, reuocandas. [l]

*Vide epiſtolam Plinij ad Traianum. Ecdicus.

† ponitur pro remitti. l. 4. j. de decre. ab ordi.

XXXVIII. PAPINIANVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

IVs publicum, [m] priuatorum † pactis mutari non poteſt.

† Adde quòd nec pacto publicarũ perſonarum, in l. 2. §. ius reipu. de admin. re. ad ciui. perti. & l. 2. C. de conueniẽ. fiſci. de. lib. 10. iſta fuit extenſio do. Ia. hic.

IMperatores.] CASVS. Dicitur in hac. l. quod curator reipubl. non poteſt remittere debitum debitori reipub. & ſi remittat, non valet remiſſio: & ſi remittat curator, reuocatur. Viuianus.

k *Pecunias.* aliàs pecunias, aliàs vſuras: & hoc in pacto. ſecus in tranſactione, ſecundum Ir. ſed tu dic idem in vtroque: vt diximus ſupra eod. tutoris. ſed videtur valere remiſſio: vt. C. de vſuris. l. aduerſus. quæ eſt contra. vbi ſi non petiit publicus adminiſtrator vſuras, videtur eas remiſiſſe, & valet. ſed tu dic, valet tacitè: vt ibi. non expreſsè: vt hîc: argu. infra de procurato. l. filiusfam. §. veterani. Item eccleſia vel eccleſiaſtici tacitè poſſunt remittere, non expreſsè: vt in authen. vt cum de ap. cog. §. ſi verò liberi. colla. viij. & in authen. de ſan. epiſc. §. ſi verò intra annum. colla. ix. Alij dicunt quòd hîc erat liquidum: ibi non: vt arg. C. de tranſac. l. præſes.

l *Reuocandas.* quia publica eſt vtilitas: aliàs remiſſio non reuocaretur: vt infra de decre. ab or. fa. l. penult. & antepe.

m IVs publicum. Poteſt poni caſus, vt ſi faciam pactum ne exequar nunciationem operis in publico factam: vt ſupra eo. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. Item poteſt poni vt infra eod. inter debitorem. Item infra ad. l. Falcid. quod de bonis. §. j. Item ſi conueniant magiſtratus vt alterius tantùm periculo tutor pupillo detur: vt infra de magi. con. l. j. §. ſi inter magiſtratus. & vbicunque aliquid fiat ſiue contra ius publicum, prætorium, vel ciuile: vt ſupra eod. l. contra. & infra de reg. iur. l. nec ex prætorio. &. C. de teſta. l. teſtandi. & infra de ope. lib. l. cerdonem. & infra de admi. tut. l. quidam decedens. & infra de reli. l. Neratius. & infra de admini. re. ad ciui. perti. l. j. §. ius rei. &. C. ſine cen. vel re. l. j. &. ij. ſed cum ius publicum aliud ſit auctoritate & vtilitate: vt ſunt illa iura quæ tractant de iure fiſci: vel quod in communi ſeruatur, id eſt publica vtilitate: aliud vtilitate priuatum, quod & publicum dicitur auctoritate: vt inſti. de excu. tut. §. j. de quo loquitur hîc? Reſpon. de primo conſtat. in ſecundo autẽ dicunt quidã idem, propter caſus multos, quos notauimus. C. eod. l. penul. in quibus eſt publicum ius auctoritate: ſed priuatum vtilitate: in quo caſu renunciare non poteſt. Sed tu dic quòd poteſt quis contrà paciſci, nec obſtant illi caſus: quia in quolibet eorum poteſt ſpecialis ratio reddi quare non valet pactum de remiſſione iuris mei. at aliàs ſiue renuncietur iuri quod eſt in priuilegium indultum, ſiue iuri communi lege hoc ſtatuente, poſſum renunciare: & mihi præiudico, ſicut dicitur per hunc totum tit.

UNED

tum titu. & per totum titu. de tranſac. & etiam in. C. & infra de accep.& de noua.in.C. & in. ff. per totum. & inſti.quib.mo.tol. ob.ſpeciales etiam leges addo ſupra eod.iuriſgentium. §. ſi paciſcar.&.C.eo.l.penul.& eſt idẽ in iure præſenti & in futuro: vt.ĵ. eod.pactum.&.C.de temp.ap.l. fi. & hoc etiã dicimus ſupra eo. paciſci. & de hoc dixi in authẽ. vt ſine prohi. ma.debi.&c.§.quia vero.coll.vij.

VEteribus.] CASVS. Vendidi tibi equum, & dixi ſic: vendo tibi equum, qui eſt ſine vitio & morbo, excepto quòd non aſcendit arborem. non autem aſcendebat pontem ligneum. vnde credebam quòd eſſem excuſatus, vt non tenerer. tamen nõ ſum excuſatus. vnde fit interpretatio contra me, cũ potui apertius hoc dicere. Idem in locatore, quia & locatori nocet. Viuianus.

†Vt Labeoni l.21 ĵ. de contrahen. emp.

Ambigua conuentio interpretatur contra eum pro quo profertur. Bartolus.

XXXIX. IDEM *libro quinto Quæſtionum.* †

VEteribus placet, [a] pactionem obſcuram [b] vel ambiguam, venditori, & qui locauit, nocere in quorum fuit poteſtate legem [c] apertius conſcribere.

B

Confeſſio ſine cauſa etiam extra iudicium, ad liberandum diſpoſitionem inducit. Bartolus.

XL. IDEM *libro primo Reſponſorum.*

TAle pactum, *Profiteor* [d] *te non teneri*, non in perſonam dirigitur: ſed cum generale ſit, locum inter heredes quoque litigantes habebit. Qui prouocauit, pactus eſt intra diem certum pecunia quam * tranſegerat, [c] nõ ſoluta, iudicatis ſe ſatisfacturum. Iudex appellationis nullo alio [f] de principali cauſa diſcuſſo, iuſtam cõuentionem veluti confeſſi ſequetur. [g]

* qua.

Perceptio vſurarum ab vno, nõ perimit actionem aduerſus alios competentem inſolidum. Barto.

Poſt diuiſionem [h] bonorum & æris alieni, ſinguli creditores à ſingulis heredibus, non interpoſitis [i] delegationibus, inſolidum vt conuenerat [k] vſu-

a *Veteribus placet.* ergo & nobis debet placere: vt.C.de teſta.l.teſtamẽta omnia.&.C. de appel.l.præcipimus.in fin.

b *Obſcuram.* quidam dicunt quòd obſcuritas & ambiguitas idẽ eſt. tu dic quòd vertitur obſcuritas circa dictionem aliquam ex eo quòd multipliciter intelligi poteſt: vt.ĵ.de iur.fiſ.l. ita fidei. in fi.j.reſpon.& ita ex generalitate fit. fit etiam ex alternatione obſcuritas: vt.ĵ.de iniu.l.prætor. §. quod autem. ſed ambiguitas eſt circa orationẽ: vt, Aio te Aeacidem Romanos vincere poſſe. ſic &.ĵ.de his qui not.infa.l.vxores.&.ĵ.de bon.liber.l.& ſi ex modica.in fin.j.reſpon.ſed econtra plerumque vnum pro altero ponitur.nam in verbo vno quandoque reperitur ambiguitas: vt.ĵ. de peti.here.l.vtrum.verſi.& verbum.&.ĵ.de re.du. vbi.&. ĵ. de verb. ſign.l.nepos Proculo.in fi.

C

c *Legem.* id eſt pactum, ſiue verbum. ſed videtur quòd ſecundum proferentem debeat interpretari: vt infra de iud. ſi quis intentione. ſed illud ſpeciale in iudiciis. aliàs ſemper alius negaret ſe ſic intellexiſſe: vt infra de verbo. obliga. inter ſtipulantem.§.j. Item adhuc eſt contra infra de contrahen.emp.l. ſi in emptione. in princ. Sol. hîc in principali: ibi in acceſſorio. ſed hoc non placet: vt infra de contrahen. emp. cum in lege. Dic ergo, ibi fuit appoſitum pactum ab emptore: hîc à venditore. ſed & hoc videtur reprobari.ĵ.qui po.in pig.ha.l. inſulam. ſed dicas ibi pactum fuiſſe appoſitum ab emptore: vel perinde haberi, ac ſi ipſe appoſuiſſet. Item facit infrà de ſer.vr.prædi. ſi arborem.§. fin.&.l.ſi ſeruitus.in prin. Sol. illa interpretatio fit ex verbi ſignificatione, quod eſt ſpeciale. Item contra eſt infra de contrahen. emp. ſi ita. ſed dic illa ibi fuiſſe verba emptoris, vel dic illud eſſe ex natura alternatiui debiti, vbi debitor eligit: vt infra de iur. do. plerumque. in fin. Item contra infra de verb. ob. eum qui kalendis. vbi primæ kalendę intelliguntur ſecundum voluntatem ſtipulantis. Sed illud ideo, quia aliàs ſtipulatio inutilis redderetur, ſi de vltimis kalendis mundi intelligeretur: quod eſſe non debet, vt.ĵ.de rebus du.quotiens.ij. & de verb.ob.quotiens.ij. Et vt omne tollas contrarium, diſtingue ſecundum Io. cum pactio obſcura vel ambigua apponitur in contractu: aut conſtat quòd conſenſerũt de quo agere velint: & tunc valet: vt infra de regu.iur. ſemper. in princ.&.ĵ.de re.du.in ambiguo. aut certum eſt quòd diſſenſerũt, & tunc nihil valet contractus: vt infra de verbo. obliga. continuus.§.j.&.l. inter ſtipulantem. §. j. & infra de contrahen. emp. l.in venditionibus. Si autem dubium eſt, aut verbum poteſt interpretari ſecundum vnum tantùm: aut ſecundum vtrumq;. primo caſu ſecundum illius intellectum valet ſecũdum quem valere poteſt: vt.ĵ.de verb.ob.quotiẽs.ij. & infra de re. du. quotiens. ij.&.l.vbi.ſi ſecundum vtrumque: tunc quod veriſimile eſt: vt.ĵ. de reg.iur.l.in obſcuris.&.ĵ.de verb.ob.eum qui ita ſtipulatur.in princ. ſi dubium eſt, quod ſit magis veriſimile ſeruatur: quod in hac.l.dicitur,&.ĵ.de verbo.oblig.quidquid. &.l.qui ex pluribus fundis.&.l.ſtipulatio iſta. §. alteri. verſi. in ſtipulationibus. Vltimò in hac.l. no. arg. ꝙ quandoq; ratione ambiguitatis neutrum valet. ſic.ĵ.de re.du.ſi quis de pluribus.&.ĵ.de adimen.leg.l.iij.§. ſi quis duobus. ſecundum primam lecturam glo.j.illic poſitæ. & ĵ.de teſta.tu.l.duo.&.ĵ.de vſufru.leg.l.qui plures.

A

TAle.] CASVS. Debebas mihi decem: & cum vellẽ tibi facere pactum de non petendo, ſic dixi: profiteor te non teneri. nunquid valet pactũ? & an ſit reale, an perſonale, quæritur. Reſpon. quòd reale eſt: vnde competet heredibus: & heredes eo pacto vtentur etiã cõtra heredes. [QVI PROVOCAVIT.] Mihi in decem tenebaris: ad quæ, vt mihi redderes, te cõueni: & mihi in decem cõdemnatus fuiſti: & tu appellaſti: tandem tranſegimus, vt tu mihi quinq; dares vſque ad paſcha: & ſi non dares, conuenimus & cõſenſimus ꝙ valeret ſententia pro me lata. non dediſti in paſcha: nũquid prima ſententia valebit? Et certè ſic: vnde executioni mandari poterit. [POST.] Titius tenebatur mihi in aliqua pecuniæ quantitate: & deceſſit iſte Titius me⁹ debitor, & etiam aliorum: & reliquit iſte Titius tres heredes. conuenerunt inter ſe, & fecerunt quòd vnus ſolueret iſta debita: & dederunt iſti heredi aliquid ante partem. iſte heres mihi ſoluit magno tempore vſuras. modò non vult ſoluere. volo repetere ſortem. nunquid poſſum conuenire omnes alios tres heredes, quæritur. Et reſpon. quòd omnes alios tres heredes debitoris conuenire potero, non obſtãte quòd vſuras ab alio accepi. [PATER.] Nomine filiæ meæ quam tibi maritabã, pro dote centum tibi promiſi: ſed nondũ ſolui: & feci tecum pactum ꝙ apud fratrem meum qui erat mihi heres inſtitutus, portio.i. dimidiũ dotis remaneret ſi filia ſine liberis decederet. poſtea ſuſtuli liberos. modo quæritur an illi filij habeant exceptionem contra maritũ filiæ meæ pro dimidia.i.pro illis.l? Et reſpon. quòd habent exceptionem cõtra te maritum. nam illud pactũ quod fratri pro fratre feci, prodeſt iſtis filiis meis poſtea natis. Viuianus.

C

d *Tale pactum, profiteor.* ſ. me velle, &c. vel ſimpliciter pone. Et no. pactum fieri per verba de præſenti. ſecus in ſtipulatione, quæ fit per verbo de futuro: vt.ĵ.de verbo.oblig.l.v.§. ſtipulatio. Sed quomodo hoc, cum cõfeſſio extra ius non prȩiudicat ſine cauſa: vt.ĵ.de proba.cũ de indebito.§.fi. Rñ. hæc cõfeſſio vel profeſſio quæ hîc fit, habet vim pacti: & liberationẽ inducit: in quo magis ſenſus quã verba ſpectatur: vt.ſ. eo. iuriſgentiũ.ſ. pactorũ. &.ĵ. de proba.ſi pactum.ibi autẽ ad obligãdũ confeſſio inducebatur.

D

e *Tranſegerat.* ſcilicet poſt prouocationẽ appellatione pendẽte.

f *Nullo alio.* debeat vel non: ſit iuſta ſententia vel non.

g *Sequetur.* ſed nunquid ſtatim facta prouocatione extinguitur pronunciatũ: vt.ĵ.ad Turpil.l.j.in fi? Reſpon. nõ, ſed ſuſpẽditur: & propter hoc pactum remanet firma ſententia ac ſi appellatum nõ eſſet, & diu ſtetiſſet: vt.C.de temp.& re.ap.l.fi.§.pe. Item quid ſi ante ſententiam pactus eſt ſe iudicatis ſatisfacturum. i. quòd ſtaret ſententiæ quæcunq; eſſet? reſpon. non poſſe poſtea à ſententia appellare: vt. ĵ. de re iudi. ſi conuenerit.&.ĵ. à quibus ap. non li.l.j.&.C.de temp.& re.ap.l.fi.§.fi. Arg. tamẽ contra ĵ. rem ra.ha.l.iij.§.fi. [a] &.ĵ.iudi.ſol.l.pe. [b] Item quomodo ſequetur? ex ſententia non: quia eſt extincta per appellationem. Item ex pacto non: quia nudũ eſt. Reſpon. poterit damnari vt ſtet conuentioni: & ex ſententia illa agetur. vel (quod verius eſt) iſte qui prouocauit, poſtea tranſigendo videtur appellationi renunciaſſe: vt C.de re iud.ad ſolutionem.&.C.eo.poſtquã. ſicut & ille qui appellationem factam tempore legitimo non proſequitur: vt.C.de temp.& re.ap.l.fi.§.fi.&.C.de ap.ſi cõtra. in vtroq; ergo caſu fingitur nec appellatũ: ideo quia ſententia prima executioni mandetur per iudicem delegantẽ qui mandat ſententia ſuorum delegatorum executioni: vt.ĵ.de re iud.l.à diuo Pio. ſiue per iudicem appellationis, qui delegauit cauſam appellationis: & ſic eſt vt executor: vt.C.de ap.l.à proconſulibus.

E

a] Dic quòd ibi non fuit promiſſio de ſtãdo ſentẽtiæ: ſed ꝓcurator promiſit per pactũ ſuũ dominũ ratificaturũ. Iaſ.

b] Ibi loquitur in ſtipulatione prætoria, quæ neceſſariò interponit: hic in volũtaria. Iaſo.

h *Poſt diuiſionem.* id eſt qualemqualem aſſignationem. nec enim propriè ponitur diuiſio quò ad æs alienum.

i *Interpoſitis.* quia ſi interpoſitæ eſſent: tunc nõ haberent regreſſum aduerſus alios coheredes: vt.C.de noua.& de leg.l.ij.

k *Conuenerant.* iſti debitores inter ſe. & dic acceptauerunt, id eſt frequenter acceperunt: vel dic, vt conuenerat inter creditores & debitores: acceptauerũt, id eſt per acceptilationẽ de vſuris libe-

rauerunt. in ſorte tamen manet petitio, vt ſubiicit, & ſecundum hoc non erit ibi,à ſingulis,&c.

a *Offerant*.& illi recipiant:ſi nõ recipiunt,offerant,& conſignẽt: & ſic impedientur vſuræ:vt.C.de vſu.l.acceptam.

b *Pactus eſt*.vel ita vt.ſ.eo.l.auus.& hoc ſi non ſoluit: vel ſi iam ſoluit, per ſtipulationem [a] pactus eſt reſtitui: vt. C. de iure do. auia. & infra ſolu. ma. l. quotiens. & infra de verbo. oblig. quodcunque.§.j.&.l.quod dicitur.

c *Portio*.puta dimidia: cum non ſit adiectum quæ:vt.ȷ.de verbo.ſig. l.nomen filiarũ.§. portionis.

d *Remaneret*. id eſt ſuo fratri heredi ſolueretur, ſi ſolueret : vnde ex hoc verbo etiam actio datur:vt.C.de dona. ante nupt. ſi cũ ante.& de iure do. etiam. & de pac. inter empto. l. j. Vel dic propriè, ſi non ſoluerat:& ita habebunt exceptionem filij ſi conueniantur:vt infra dicitur.

e *Per exceptionem*. proſequitur tantùm eũ caſum quãdo fuit ſoluta. & dic per exceptionem oppoſitã à marito fratri iſtius teſtatoris, qui frater prætendebat ſibi totũ deberi. & maritus dicit, dolo facis, quòd petis totum : cũ pater videatur voluiſſe prouidere & aliis coheredibus: argu. infra de leg. ij.l. cum pater. §. cum exiſtimaret. & ar. infra de codicil. l. pen. & ſic ego teneor ſimiliter aliis. proderit ergo maritus iſte & aliis coheredibus per iſtam exceptionem. Vel dic quòd opponet eam in totum alteri fratri, qui erat frater patris,ſi in nullo eſt heres frater : vel dic ſecundò exceptionem , id eſt replicationem. [b] & ſecundùm hoc proſequitur hæc glo. tota tantùm eum caſum quando fuit ſoluta. & facit infra de pac.do.ſi pater. Et not. hic argu.in reſcriptis, quòd ſi papa mandat alicui epiſcopo , & iam mortuus erat, quòd ſucceſſor eius tenetur obedire : vel debet gaudere beneficio & iure eius.& eſt ad idem infra de leg.ij. l. cum pater. §. cum exiſtimaret.&.l.quod principi.argu.contra.infra quæ ſen.ſine ap.l.pe.ſed illi legi reſpondent quidam,aliud eſſe cum agitur de obligando. cui ſolutioni videtur contra.infra de regu.iur.l.Neratius.Alij diſtinguunt,an proprium nomen epiſcopi ſit appoſitum : & tunc non porrigetur ad ſucceſſorem.aut non:& tunc porrigetur:vt in auth.vt nulli iud.§.& hoc vero iubemus.col.ix.& infra de an. le. annua.j.§.Item no.id eſſe de iure ſeruandum , licèt non ſit ſtatutum,quod veriſimile eſt ſtatuendum fuiſſe ſi hoc quæſitum fuiſſet:vt.C.de inoffi.donã.ſi totas.& infra de verb. oblig. eum qui. §.j.&.ȷ.de iure codicil.l.qui graui.& infra de heredi.inſti.l. fin.& infra de leg.j.ſi duobus.§.heres.

a] Idẽ ſi per pactum,ex quo nõ agitur de præiudicio filiæ Ang.P.& Iaſo.

† Diligenter iſte text.† eſt ponderãdus, quòd ſicut quilibet extraneus poteſt ſoluere pro debitore etiã inuito,& eũ liberare.l.ſoluẽdo de ne. geſt.l. ſolutionẽ.de ſol. ita poteſt ſoluere creditore inuito.ita colligũt hic Ang. Ful.& P.& dicit P.quod iſtud eſt perpetuo menti tenendum.

* alias erat lex ſi intra illum.

† No.ſecundum Bar. Ang.& alios quòd pactis de liberãdo in futurũ,producit exceptionem in preſenti qd eſt perpetuo menti tenẽdum ſecundum.Bal.

* Sic Flo.videtur tamẽ legendum, non h bet.

b] Imò.text. impropriè legitur.Iaſo.

ras acceptauerunt.actiones, quas aduerſus omnes pro partibus habent, impediendæ non erunt, ſi non ſinguli pro fide rei geſtæ totũ debitum ſingulis † offerant. [a]

Pactum factum vni qui ſolus receſſurus ſperabatur, prodeſt aliis præter ipſum ſuccedentibus. Bartolus.

Pater qui dotem promiſit, pactus eſt [b] vt poſt mortem ſuam in matrimonio ſine liberis defuncta filia, portio [c] dotis apud heredem ſuum fratrẽ remaneret. [d] ea cõuentio liberis à ſocero poſtea ſuſceptis, & heredibus teſtamento relictis,per exceptionem [e] doli proderit : cum inter contrahentes id actum ſit, vt heredibus conſulatur : & illo tempore quo pater alios filios non habuit, in fratrem ſuum iudicium ſupremũ contuliſſe videatur.

Ex pacto de liberando impleta conditione non competit actio, ſed exceptio.Bart.

XLI. IDEM *libro vndecimo Reſponſorum.*

*INtra* * *illum diem debiti partem mihi ſi ſolueris, acceptum tibi reſiduum feram, & te liberabo*. † licet actionem non habet: [f] * pacti tamen exceptionem competere debitori [g] conſtitit.

Pactum priuatorum iuri publico non præiudicat. Barto.

XLII. IDEM *libro ſeptimodecimo Reſponſorum.*

*SI intra.*] CASVS. Debebas mihi. x. feci tibi pactum vt non petam niſi.v.ſi vſque ad diem dominicã.v.ſoluas. dicitur hîc, quòd ſi ſoluas mihi.v.non habes actionem contra me vt te liberem,ſed exceptionem habebis.Viuianus.

f *Non habet*.ſcilicet vt liberetur. ſed videtur quòd habeat:veſtitum enim fuit pactum traditione rei:vnde valet: vt infra. eod.in traditionibus.&.C.de re.permuta.l.rebus.&.l.ex placito.Ad hoc rñ.duobus modis.Primo, [c] & verius,quia de facto nõ fuit pactũ in traditione rei.Secũdo,quia eadem traditio & ſi eſſet, non debet parere liberationem & actionem circa eandem cauſam: quia circa diuerſas poteſt: [d] vt.ȷ.de ſol.l.in numerationibus.in. ſi. ſed nõne vẽditor rem tradẽdo ſe liberat,& aliũ ſibi obligat?Reſpon. hoc ideo,quia hic agit:ſed hîc tantum de obligatione reſcindenda agitur.imò ſi venditor ſum,liberor:ſed nõ alium obligo:quia ante erat obligatus emptor.vel dic ſecundum Io. [e] quòd hîc fuit contractus innominatus.facio vt des : licèt ſit præuẽtus in tradẽdo ex quo datur actio de dolo:vt.ȷ.de præſcrip. l.naturalis.§.ꝙ ſi faciã. quæ ceſſat quotiens alia actio vel exceptio locũ habet:vt.ȷ.de dolo.l.j.§. fin. ſed nõne ſi præueniſti in dãdo, eſt do vt des:& ſic datur actio præſcriptis verbis:vt.C.de trãſac.l.cũ mota?Reſpon.nõ imò fuit ibi do vt facias : licèt in faciendo fuerit præuentum.

g *Debitori*. ſcilicet tibi ſi partem ſolueris.

c] Iſta nihil valet.Iaſ.

d] Diſplicet Iaſoni.

e] Iſta ſolutio diſplicet Bar.Ang P. & Iaſo. ideo dic ꝙ implemẽtu cõditionis vel interuẽtus rei non veſtit pactũ nudũ, quãdo illud non erat in obligatione: vt hîc. alias ſecus ſecundũ prædic. ſcriben.

A

*INter debitorem & creditorem conuenerat, vt creditor onus tributi prædij pignerati non adgnoſceret : ſed eius ſoluendi neceſſitas debitorem ſpectaret. talem conuentionem quantùm ad fiſci [h] rationem non eſſe ſeruandam reſpondi. Pactis etenim priuatorum formã iuris fiſcalis conuelli non placuit.*

B

Contrahentes tenentur ad naturalia cõtractus,niſi aliud actum ſit.h.d. Vel ſic: Naturalia contractus tranſeunt ſine pacto : ſed poteſt contrarium paciſci.Bart.

XLIII. PAVLVS *libro quinto Quæſtionum.*

*IN emptionibus ſcimus* [i] *quid præſtare debitor* † *debeat, quidque ex contrario emptor. quòd ſi in contrahendo aliquid exceptum fuerit, id ſeruari debebit.* [k]

C

Tutor idémque creditor debet eſſe contentus ea parte ad quam creditores alios reuocauit.Bart.

XLIIII. SCAEVOLA *libro quinto reſponſorum.*

*CVm in eo* [l] *eſſet* * *pupillus, vt ab hereditate patris* [m] *abſtineretur:tutor cum pleriſq;creditoribus* [n] *decidit, vt certã portionem acciperent.idem curatores* [o] *cum aliis fecerunt. quæro an & tutor* † *idémque creditor patris, eandem portionem retinere debeat. Reſpondi, cum tutorem qui cæteros* [p] *ad portionem*

D

*INter debitorem.*] CASVS. Prædiũ ex quo debebã fiſco tributũ, tibi obligaui: & cõuenit inter me & te, vt ego debitor ſoluerẽ tributum, cum nõ poſſiderẽ. dicitur hîc,quòd tale pactum non valet quantum ad fiſcũ:quia pactis priuatorũ, &c. Viuianus.

h *Quãtum ad fiſci*.quo minus conueniat ſemper poſſeſſorem: vt.C. ſine cen.vel reli.l. omnes. Sed quantùm ad paciſcentes ſeruari debet,vt inter ſe agant ex hoc pacto:vt.ȷ.eo.epiſtola.§.pactum.quæ eſt contra.ſic &.C.de pig. in ſumma. Alij diſtinguunt an paciſcatur ꝙ poſſeſſor nõ ſoluat, & tunc non valet: vt hîc: an quòd alius ſoluat pro eo, quod valet inter eos: vt ibi. Hodie tamen qui alienat, periculum functionum in ſe recipere tenetur, ſi ille in quem transfertur, minus idoneus inueniatur : vt in authen.de mand.princ.§.non permittas.col.iij.Item ſumitur hîc arg.quòd creditor poſſidet:quod diximus ſupra qui ſatiſda. cogan.l.ſciendum.§.creditor.

† Id eſt venditor. Cont.

* Cõiunge l.tutores. de condict.indeb.Duar.

† quod hodie eſſe non poteſt.Nouel.72.

*IN emptionibus.*] CASVS. Scire debes,quòd emptor dare debet precium venditori:& ſi venditor & emptor conueniant inter ſe,puta de precio deminuendo,valebit pactum.

i *In emptionibus ſcimus*.per legem:vt.ȷ.de act. emp.l. ex empto.in princ.&.§.j.&.l.Iulianus.§.ex vendito.

E

k *Seruari debebit*.quod ad actionem , & quo ad exceptionem ex interuallo: vt diximus ſupra eo. iuriſgentium. §. adeo. vt ſi paciſcatur emptor,quòd non teneatur ad euictionem venditor : vel (quod plus eſt)vt etiam precium non teneatur reddere : valeat pactum:vt infra de actio.emp.l.emptorem.§.finali.

*CVm in eo.*] CASVS. Eram tutor tuus, vnde cum nolebam te abſtinere ab hereditate patris tui propter æs alienum,pactus ſum cum creditoribus tuis vt parte debiti eſſent contenti. dicitur hîc,quòd ſi ſum tuus creditor : ego tutor teneor tibi partem remittere:ſicut cæteri creditores.Viuianus.

l *Cum in eo*.ſcilicet ſtatu.

m *Patris*.ſcilicet pupilli.ſed hodie non poteſt eſſe creditor tutor pupilli debitoris:vt in authen.vt hi qui ob. ſe habe. per res mi.§. primo.colla.ſexta.

n *Creditoribus*.ſcilicet hereditariis.

o *Curatores*.adiuncti tutoribus non ſufficientibus : vt inſtitu. de cura.§.interdum.

p *Qui cæteros*.ſcilicet creditores.

Eadem

a *Eadem parte*. Not. arg. quod in alterius perſona ſeruat, & in ſua ſeruare teneatur: vt. ſ. quod quiſq; iur. l. j. & . j. de códic. inde. fra ter à fratre. & . j. de admi. tu. cum. hereditas. & . l. quotiés. §. j. & . j. má. ſi negocia. & . j. ſi ſer. vin. altius. & infra de euic. vindicantem. & in authen. vt diff. iudi. §. ſi tamé. col. ix. & . j. de verb. obli. ſtipulatio iſta. & C. ne fiſc. rem quam vé. l. j. & . ij. & infra de diſtrac. pig. l. reſcriptum. Sed quid ſi alij diuerſis partibus ſunt contenti? Rñ. non in minimá, nec in maiore: vt arg. j. má. l. ſi fundun. in fin. & . l. ſeq. Ité not. ꝙ ſuſtinetur iniquitas: quia officiú iſti⁹ eſt ſibi damnoſum, ſi cú poſſit pactû à creditoribus adquirere, hoc non fecit. & ſi facit, ſibi eſt damnoſum, cum ad eandem partem teneatur remittédá. arg. contra. a j. quéad. teſt. ape. ſed ſi quis ex ſignatoribus. & infra de cōdic. inde. l. eleganter. §. penultimo.

Iniquitas quandoque ſuſtinetur.

a] Dic quòd officium hic non eſt ſibi damnoſum: ſed pactum maioris partis creditorum. Bart. Pau. & Ia.

vocaret, eadem parte [a] contentũ eſſe debere.

Conuẽtio nuda non ſufficit ad agendum, niſi veſtiatur traditione vel ſtipulatione. h. d. Pau. de Caſt.

XLV. HERMOGENIANVS *libro ſecundo iuris Epitomarum.*

Diuiſionis [b] placitũ niſi traditione vel ſtipulatione [c] ſumat effectum: ad actionem, vt nudum [d] pactum, nulli prodeſſe poterit.

Poteſt teſtator, & poſſunt contrahentes renunciare iuribus pro ſe introductis. h. d.

XLVI. TRYPHONINVS *libro ſecundo Diſputationum.*

Pactum [e] inter heredem & legatarium factum ne ab eo ſatis accipiatur: [f] cum in ſemeſtribus [g] relata eſt conſtitutio diui Marci, [h] ſeruari in hoc quoque defuncti voluntatem, validum eſſe conſtat: nec à legatario remiſſa heredi ſatiſdatio per pactionem, ex pœnitentia reuocari debet: cum liceat [i] ſui iuris

*Diuiſionis.*] CASVS. Ego & tu habebamus rem communem, & conuenimus inter nos de diuidenda re illa nudo pacto: nũquid habeo actioné aduerſus te pro parte illius rei? Et reſpond. quòd nō: quia nudum pactũ fuit quod actioné non parit. Viuianus.

b *Diuiſionis*. quidam dicunt non rei communis, ſed alterius ſociorum. tunc enim nō ex pacto actio, ſed liberatio contingit. tu dic, [c] etiam rei cōmunis: & túc agit tradés vt conſequatur aliam rem communem ſecundum pactum, vel ſi quid aliud conuenit.

c]Idẽ Bart. qui dicit quòd diuiſio eſt contractus innominatus.

c *Vel ſtipulatione*. vel alio ſimili modo veſtiatur pactum nudum: vt diximus. ſ. eo. iuriſgentium. §. quinimò.

d *Nudum*. quod non parit niſi in caſibus: vt diximus ſupra eod. iuriſgentium. §. ſed cum nulla.

*Pactum.*] CASVS. Scire debes, quòd quádo aliquis legat in diem vel ſub cōditione, ꝙ heres tenetur cauere de ſoluendo his adueniente die vel cōditione: vt C. vt le. vel fi. no. ca. aliàs incipit: vt cum poſſ. leg. vel fidei. & c. l. ſcire. j. reſponſo. vnde caſum hic ita ponas: Titius te heredem inſtituit, & mihi. x. legauit ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit. vnde cum tu tenearis mihi ſatiſdare, remiſi tibi ſatiſda. an valeat remiſſio, quæritur. Reſpō. quòd valet, adeo ꝙ non poſſum eam remiſſioné reuocare. Nam teſtator poteſt remittere ne heres caueat. & ita cōtinetur in conſti. diui Marci. & hoc dicit. Viuianus.

e *Pactum*. ſcilicet inter viuos.

f *Accipiatur*. nomine legati in diem, vel ſub conditione relicti: vt infra vt leg. nomi. caue. l. j. j. reſpon.

g *Cum in ſemeſtribus*. nomen libri eſt, qui in ſex menſibus anni fiebat: in aliis operam bello dabant.

h *Diui Marci*. dicentis hoc quod ſequitur. & habes eam. C. vt in poſſ. le. l. ij. §. j. Et ſume hîc ar. ſi in teſtaméto aliquid valet, idé inter viuos valeat: vt infra de pig. act. non eſt mirum. ſed econtra non eſt bonum ar. ſecundum Io. nam Falcidiam remittit heres per pactum: quod defunctus in teſtamento non potuit iure iſto: vt infra ad le. Fal. quod de bonis. §. fi. & . l. poteſt. idem in ſatiſdatione quæ præſtatur à fructuario: vt C. vt legat. vel fideicō. no. ca. l. ſcire debetis. ſed cōtra Ioan. ſecũ argu. inſtitu. de lege Fu. Ca. tollen. in fine.

i *Cum liceat*. vt hîc, & infra de minor. ſi iudex. & C. eod. ſi actionem. & C. de dona. ſpem. & ſupra eo. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. Fallit tamen hoc in caſibus in quibus iuri ſuo competituro vel competenti per pactum renunciare non licet: vt de dote vlteriori die reddenda: vt infra de pact. do. de die. Item pactum ne liceat reuocare precarium: vt infra de preca. l. cum precario. licet aliter dicta lex poſſet exponi. Item vt quis nō damnetur in quantum facere poteſt: cum fauore perſonæ hoc conceditur: vt ff. Vetus.

Iuri ſuo an ſemper poſſit quis per pactum renunciare.

A infra ſol. ma. l. alia. §. eleganter. ſecus ſi iure contractus: vt. j. de re iudi. ſi cōuenerit. Item vt miles ſit procurator: vt. j. de procur. filius. §. veterani. Ité vt poſſit poſtulare cui per edictum non licet: vt infra de poſtu. l. quos prohibet. Item pactum legis cōmiſſoriæ in pignore: vt C. de pac. pig. l. j. & . l. quoniam. Ité de iure adgn. vt ſ. e. ius adgnat. Item de iure pa. po. vt C. de patri. po. l. abdicatio. Ité de remittẽdo iuramẽto calumniæ: vt C. de iura. calum. l. ij. §. ſed quia. Item de dolo futuro: vt. ſ. eod. ſi vnus. §. illud. Item vt liber ſit ſeru⁹: vt C. de libe. cau. nec ſi. licet poſſit dici quòd ibi non erát verba pacti. Item de ſeruo in dominum torquendo: vt C. de quæſtio. ſeruos. licet ibi nō videatur loqui de pacto. Item vt ſi quis ſuccedat certo homini, vel non ſuccedat: vel certo modo ſuccedat: niſi inter milites: vt C. e. l. licet. & . l. fi. & C. de inoffi. teſtamé. ſiquando. §. illud. & de colla. l. pactũ. Item vt ſit iudex meus qui non eſt meus: vt ſupra de iuriſ. omni. iu. ſi cōuenerit. Item ne liceat vendere pignus: vt infra de pign. act. l. quarta. Ité pactum ne quis ſe defendat in queſtione ſtatus vel criminis: vt. j. de

† Bal. pōderat iſtũ tex. ſing. quòd cōtract⁹ qui ſolo cōſenſit perficitur, etiam ſolo cōſenſu diſſoluitur re integra. in l. ſicut. C. de act. & ob. concor. text. in. l. nihil tam naturale. j. de reg. iur. facit tex. in ca. 2. extra de ſpon. * poſſit.

perſecutionem, aut ſpem futuræ perceptionis deteriorem conſtituere.

Si emptio fuerit ſtipulatione vallata, ab ea nudo conſenſu non receditur: & pacta vltima ſunt ſeruanda. Barto.

B XLVII. SCÆVOLA *libro primo Digeſtorum.*

Emptor † prædij viginti cauerat ſe ſoluturum, [k] & ſtipulanti ſpoponderat. poſtea venditor cauit [l] ſibi conueniſſe [m] vt cōtentus eſſet tredecim, & vt ea [n] intra præfinita [o] tempora acciperet. debitor ad eorum [p] ſolutionem conuentus, [q] pactus eſt, ſi ea [r] ſoluta intra præfinitum tempus [ſ] non eſſent, vt ex prima cautione ab eo petitio eſſet. Quæſitũ eſt, an cũ poſteriore pacto ſatisfactũ non ſit, omne C debitum ex prima cautione peti poteſt. * reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, poſſe. [t]

Liberatio generalis reſtringitur ad ea de quibus eſt actũ. Barto.

lib. cau. l. iij. & . iiij. & infra de ap. nō tantum. Item vt ſit ſeruitus ſeruitutis: vt infra de vſufru. ſed & ſi quis. in fi. & infra de vſu & vſufru. leg. l. j. Item de alimentis: vt. j. titu. j. l. cum hi. Ité ne obiiciatur exceptio impedimenti quare ad iudiciũ non venit: vt. ſ. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæſitum. Item eſt alius. C. de aduoc. diuer. iud. l. ne quis. Item de quæſtionibus ex teſtamento vel codicillis prouenientibus: vt infra tit. j. ex his. ſecus ſi ex aliis inſtrumentis: vt C. de tranſa. ſub prætextu. Item alius ne quis deponat officiũ: D vt ſupra de offic. præſi. l. legatus. in his autem ſpeciales rationes reddi poſſunt quare non valeat: vt no. Io. C. e. l. pen.

*Emptor.*] CASVS. Fundum tibi pro viginti védidi. poſtea cōueni tecum, vt mihi. xiij. ſolueres intra. xx. dies: & ſi non ſolueres. xiij. vt petã. xx. vnde conueni te ad. xiij. & pacti iterum ſumus vt intra alios. x. dies ſolueres: aliàs teneris ad viginti. non ſoluis modo intra. x. dies. nũquid potero petere. xx. à te? & reſpō. ꝙ ſic. [LVCIVS.] Quidá campſor miſit mihi quádam epiſtolam in qua tria continebantur. ſ. confitebatur, quòd debebat mihi ccclxxxvj. cũ vſuris. Secundò continebatur quòd redderet mihi id quod apud eum depoſueram. Tertiò continebatur, quòd omnia alia inſtruméta eſſent vacua & vana, præter duo prædicta: & ego conſenſi illi epiſtolæ: ſed mandaueram iſti campſori iam diu eſt quòd daret. ccc. cuidam nomine meo, ipſe nō dedit: volo actione mandati conuenire ex eo quòd non dedit. ipſe autem campſor mihi excep. pacti. ſ. generalis obiiciebat, quo contine E batur, ꝙ omnia alia inſtrumenta eſſent vacua. nũquid poteſt talem exceptionem obiicere? & ad hoc non reſpō. iuriſcō. ſed dicit quòd cæteræ obligationes remanent in ſuo ſtatu.

k *Se ſoluturum*. ſcilicet venditori.

l *Cauit*. in inſtrumento.

m *Conueniſſe*. cum emptore, id eſt conuenit.

n *Ea*. ſcilicet. xiij.

o *Præfinita*. puta decem dierum.

p *Ad eorum*. ſcilicet. xiij.

q *Conuentus*. in iudicio vel extra.

r *Si ea*. xiij.

ſ *Tempus*. idem, vel aliud.

t *Poſſe*. quia pacta nouiſſima ſunt ſeruáda: vt C. e. pacta no. maximè talia per quæ reditur ad prima: vt hic, & . ſ. eo. tale. §. j. & . l. ſi intra. & . l. ſi vnus. §. idé dicemus. verſic. quod & in ſpecie. ſed nōne per ſecundũ pactũ quo cōuenimus vt dares. xiij. & remitteres

Pacta nouiſſima ſunt ſeruanda.



UNED

vij.eſt ipſo iure receſſum à primo contractu, & quaſi nouus cõtractus factus:vt.ſ.eo.ſi vnus. §. idem dicemus?Reſpond.dic ꝙ A egerunt inter ſe vt nõ tolleretur prorſus primum per ſecundum: ſed naturalis tantùm:vnde ciuilis remaneret quæ modo replicatione iuuatur . vel dic quòd non totum primum fuit ſublatum, ſed pro parte pretij: quo caſu non tollitur primum:vt.ſ.eo.l.ſi vnus . § . quòd ſi non vt totum cõtractum tolleret.

Lucius Titius Gaium Seium menſularium, cum quo rationem implicitam habebat propter accepta & data, debitorem ſibi cõſtituit: [a] & ab eo epiſtulam accepit [b] in hæc verba: *Ex ratione mẽſæ quam mecum habuiſti* [c] *in hunc diem, ex contractibus plurimis remanſerunt apud me* [d] *ad menſam meam trecenta octagintaſex, & vſuræ quæ competierint . ſummam aureorum,* [e] B *quam apud me tacitam* † *habes, refundam tibi . ſi quod inſtrumentum à te emiſſum, id eſt ſcriptum, cuiuſcunque ſummæ ex quacunque cauſa apud me remanſit : vanum & pro cancellato habebitur .* [f] Quæſitum eſt, cum Lucius Titius ante hoc chirographum [g] Seio nummulario mandauerat, vti patrono eius trecenta [h] redderet : [i] an propter illa verba epiſtulæ, quibus omnes cautiones ex quocunque C contractu vanæ & pro cancellato vt haberentur cautum eſt : neque ipſe, [k] neque filij eius eo nomine conueniri [l] poſſunt . Reſpondi, ſi tantùm ratio accepti atque expenſi eſſet cõputata, cæteras obligationes manere in ſua cauſa. [m]

a *Conſtituit*.id eſt Gaius conſtituit Lucium ſibi creditorem.

b *Accepit*.Lucius.

c *Habuiſti*. olim.Ioã. & loquitur mẽſulariꝰ.

d *Apud me* . Gaium Seium.

e *Aureorum* . prædictorum . ccclxxxvj. ſecundum quoſdam: vel verius de quadam alia quantitate dicit in ſecreto depoſita.

† i. quæ nõ continebatur publica ſcriptura menſæ. Gel.li.12. cap.12.

f *Habebitur* . quo Lucius eſſet obligatus . ſi autem dicas econtra, dices Lucium epiſtolæ conſenſiſſe:vt.j.depoſiti.l.Publia.in fine.

g *Hoc chirographum* . id eſt ante hanc epiſtolam.

h *Trecenta* . quæ trecenta mittebat ei Lucius , ſecundum vnum ſenſum . vel dic , vt de ſuo daret Gaius.

i *Redderet* . vel propriè : vel dic id eſt daret: vt.j.de verb.ſigni. l. verbum reddere . vel ſubaudi,& dedit.

k *Neque ipſe* . ſcilicet Lucius Titius , vel eius filius à Gaio Seio. vel dic Gaius Seius:vel eius filius à Lucio Titio.

l *Conueniri*.mandati directa vel contraria , ſecundum quòd diuerſificabis factum.

m *In ſua cauſa*.minus aptè reſpondet. vnde dicit Ioan.quòd reſtringitur pactum ad id de quo dicebatur cogitatum per mẽſularium:vt infra de tranſact.l.qui cum tutoribus. in fi. & infra de condic.inde.l.Stichus.§.quæſiuit.& C.de trãſact.ſi de certa. alij reſtringunt ad ea de quibus ſuo nomine eſt obligatus: & ipſi Lucio,non ad eã quam alij mandato Lucij dedit : vt ar.de ſol.l.iiij. Tu dic ſtandum generalibus verbis : vt omnia videantur remiſſa,niſi aliud appareat:vt.j.de leg.iij.l.non aliter. ſed aliud in generali tranſactione quæ reſtringitur ad ea de quibus erat cõtrouerſia:vt.j.tit.j.l.cum Aquiliana.&.l.cum qui.in prin.&.§.pe.& §.fi.& facit ad hoc,quòd generaliter videtur remiſſum.j. de iur. & fact.igno.l.regula.§.j.& de leg.præſtan.l.j.§.generaliter. D

I*N traditionibus*. CASVS. trado tibi rem aliquam ex cauſa forte vẽditionis vel donationis:& apponimus pactum : bene valet pactum,& obſeruandum erit.Viuianus.

n *In traditionibus*.in caſibus etiam in traditione factum nõ valet:vt.j.de reli.quòd ſi locus. [a] & C.de vſur.quamuis.j. [b] &.j. E eo.l.pen.&.j.de diſtrac.pign.ſi creditor.§.fin.& de iur. do. auus auia.& ſ.eo.ſi tibi decẽ.&.j.ſolu.ma.quotiens.itẽ & vbi eſt tale per quod volo mihi in aliqua re quærere dominium , quod fieri per pactum non poteſt:vt C.eo.traditionibus.niſi in caſibus: vt in pacto legis commiſſoriæ,& aliis:vt diximus.ſ.e. iuriſgẽtium. §. quinimò . Item & vbi eſt turpe , non valet , etiam in traditione factum,vel à legibus improbatũ:vt.ſ.e. ſi vnus.§. pacta. &.l. cõtra iuris.vel impoſſibile:vt infra de regu.iur.l. impoſſibilium. Item quod dicit valere,dic etiam ad actionem:quia veſtitum eſt rei interuentu:vt.ſ.e.iuriſgentium.§.quinimò.Sed quid ſi hodie rem tibi promiſi,vel vendidi: & ex interuallo cũ trado , aliquod pactum appono ad agendum?Reſpond.non valet:quia traditio fiebat tantùm ad me liberandũ principaliter ex præcedẽti obligatione : vnde non poteſt operari etiam obligationem : vt diximus ſupra eo.ſi intra . Sed ſecus in contractibus innominatis: quia etiam ſi ex interuallo trado,& tunc pactum valet : quia tũc A ad me liberandum principaliter non fit traditio,cum non teneat niſi naturaliter.C.de re.permu.l.ex placito . interdũ etiam poſitum ad excipiendum, valet [c] ad agendum:licèt prius factum trahatur ad tempus traditionis:vt.j.de act.empt.ſi tibi liberũ.&.j. de ſeruit.vrba.prædio. ſi binarũ. &.j.de cõdi. inde.l . ſed & ſi me putem.§.cum iter.

a] Speciale eſt,fauore religionis. Ia.

b] Speciale, odio vſurarum,ſecundum eundẽ Iaſ.

c] Nihil eſt, quãuis aliquando hoc pactũ videtur plus debito ſolutũ: & illud plus repetitur condict. indebiti:non autẽ agitur ex pacto, & ita loquuntur iura alleg.in glo.

XLVIII. GAIVS *libro tertio ad legem duodecim Tabularum.*

IN traditionibus [n] rerũ quodcumque pactum ſit,id valere † manifeſtiſſimum eſt.

Valet pactum , nc quis conueniatur vltra q̃ facere poſſit.Barto.

XLIX. VLPIANVS *libro trigenſimoſexto ad Sabinum.*

SI quis crediderit pecuniam, & pactus ſit vt quatenus [o] facere poſſit debitor , eatenus agat : [p] an pactum valeat ? & magis eſt hoc pactum valere . Nec enim improbum * & ſi quis hactenus deſideret conueniri, quatenus facultates.

† Pactum in rei traditione appoſitũ, valet & veſtitur cohærẽtia traditionis.concor.text.in l.legẽ. C.eo. & in l.rebus.de re. permu.per Bartol.& alios in l.ſi intra.ſ.eo.

* improbãdum eſt ſi quis hactenus deſ.conue.quat.facultates eius patiuntur.

Quod fit per legem, poteſt fieri per pactum.Barto.

L. IDEM *libro quadragenſimo ſecundo ad Sabinum.*

NOn impoſſibile [q] † puto in contractibus depoſiti, commodati, & locati, & cæteris ſimilibus [r] hoc pactum, *Ne facias furem ſeruum* [ſ] *meum:* * hoc eſt, ne ſollicites vt fur fiat, vel fugitiuus

† Iunge.l. ſi ita quis j.de euic. quæ eſt eiuſdem inſcriptionis.

* in archetypo erat furem num ſeruum,quã lectionem ita ſuppleuerunt veteres. furẽ vel fugitiuum ſeruum meũ rectè . Cont.

S*I quis crediderit* . ] CASVS. Mutuaui tibi. x. & conuenit inter me & te, ꝙ non tenearis niſi ad id qđ facere poſſis:id eſt deducto ne egeas. an valeat pactum , quæritur . Et rñ . quòd valet pactũ: & eſt ratio (vt ĩ littera) quia non eſt improbũ tale pactum. Viuia.

o *Quatenus* . id eſt in quãtum facere poteſt. nam verbum , facultates , quandam facilitatẽ denotat:vt.j.de verborum obligationib.l. cõtinuus.§.illud. & ſic habetur ratio ſui ne egeat: vt.j.de regu. iur. l.in condẽnatione.Sed quid ſi ecõtrario conueniã cũ eo qui teneatur in quantum facere poteſt: vt.ſ.in ſolidum teneatur?rñ. valet ſi iure contractus hoc eueniebat,vt in actione ꝓ ſocio,& ſimilibꝰ: vt.j. de re iudi. ſi conuenerit. ſecus ſi fauore perſonæ:vt.j. ſol. ma.l. alia.§.eleganter.

p *Agat*.ſcilicet creditor.

N*On impoßibile*.] CASVS. Apud te ſeruum meum depoſui: vel tibi ſeruum meum commodaui: & feci tecum pactum ne eum facias furem vel fugitiuum.an valeat pactum, quæritur. & reſpõ.ꝙ valet,& ſeruari debet.aliter teneris actio.ſerui corrupti,& act.præſcript.verb.& act.ex huiuſmodi contractu. Viuia. D

q *Non impoßibile*.ſcilicet de iure,vel de facto.

r *Similibus*. ſcilicet qui re contrahuntur . idem & in aliis . de his tamen frequentius accidit.& ideo hîc expreſſit : vt arg.in authẽ. vt ſine prohi.ma.debi.& cre.tu.ge.mi.colla.ſeptima.

ſ *Furem ſeruum* . quem accõmodo vel depono apud te . Sed videtur vna ratione eſſe improbũ ſiue turpe ex parte accipiẽtis, ſicut illud:ne facias homicidiũ,& ſimilia:vt.ſ.e.iuriſgẽtiũ. §.ſi ob maleficium.alia ratione ſuperuacuũ eſſe videtur,cũ & iure contractus ad hoc teneatur.ad quod dicas , ꝙ per pactum etiam tenebitur curare ne hæc fiãt:vt.j.de verb.obli.inter ſtipulantẽ . §. j.&.j.loca.l.in lege.j.rñ.vnde non eſt iniquum,nec ſuperuacuũ. Item poteſt eſſe quòd apponitur pœna . [d] Item in actione ſerui corrupti venit dolus:vt infra de ſer.cor.l.j.amodo etiam culpa. præterea ſi etiam iure communi conueniret, tamen vtile eſt pacto dici:vt infra man.l.qui mutuam.in princ . ſed quidam dixerunt quòd ſuperfluum eſt, niſi pœna apponatur . & ideo non E valere dicunt:vt ſupra eodem,iuriſgentium . § . ſed ſi frandandi. Sed contra eos eſt prædicta lex,qui mutuam . & litera hæc,ſicut enim &c.ex qua collige,quòd ſi obligatio [e] fieri poteſt per legem:ergo idem poteſt per pactum conueniri . & facit ſupra eodem,pactum.

d] Vera in ſe,ſed diuinat.Iaſ.

S*I cum te.*] CASVS. Titius inſtituit me heredem : ego heres credens eum grauaſſe me, vt meo proprio debitori facerem pactum de non petendo , & non grauauerat , feci debitori meo pactum de non petendo . dicitur hîc quòd non liberatur meus debitor:imò potero eum conuenire . & ſi obiicit exceptionem: ego replicabo. [ IDEM.] Retento eodem caſu dicit, quòd credebam me grauatum ab eo qui fecit me heredem in decem dandis Titio : cui puta Titio legatario delegaui debitorem meum Mæuium : qui Mæuius erat in alia manu creditor Titij : & ideo compenſauit ſtatim Mæuius.cum igitur apparet, quòd nõ eram grauatus,

e] Bald.hîc dicit iſtam glo. ſing. ad hoc, quòd pœna poteſt adiici pacto quod pactũ continet idẽ quod lex. Bolog.

UNED

grauatus, omnia in ſtatum priſtinū reducuntur. vnde potero agere contra debitorem meum. ſ. Mæuium: & Mæuius aget contra Titium ſuum debitorem. Viuianus.

a *Debere.* putabat heres ſe grauatum facere pactum de non petendo, cum non eſſet. nam ſi eſſet, valeret legatum: vt inſti. de le. §. ſi quis debitori.

fiat: ne ita neglegas ſeruum, vt fur efficiatur. ſicut enim ſerui corrupti actio locum habet: ita poteſt etiam hæc pactio locū habere, quæ ad non corrumpendos ſeruos pertinet.

Pactum factum per errorem cauſæ, actionem in effectu non perimit. Bartolus.

LI. IDEM *libro vicenſimoſexto ad Edictum.*

SI cum te ex cauſa legati debere [a] *paciſci debitori tuo [b] exiſtimas, pactus ſis ne ab eo peteres: neque iure ipſo liberatur debitor, neque [c] petentem ſummouebit exceptione [d] conuentionis: vt Celſus libro vicenſimo ſcribit. Idem eodem loco ſcribit, ſi debitorem [e] tuum [f] iuſſiſti ſoluere Titio, cui [g] legatum falſò debere exiſtimas, & debitor [h] pactus [i] ſit C cum Titio ſuo debitore [k] conſtituto: [l] neque tibi aduerſus tuum debitorē, [m] neque ipſi aduerſus ſuum [n] actionem peremptam. [o]

*Hoc verbū ſuperuacuum quidā putant.

Verba enunciatiua emiſſa propter aliud, diſpoſitionem non inducunt. Bartolus.

b *Tuo.* vel hereditario, vel tuo proprio.

c *Neque petentem.* ſ. heredem petētem actione antiqua, nō obſtāte exceptione pacti.

d *Exceptione.* imò videtur ſummoueri pacti exceptione: cū poſſeſſio rei corporalis tranſeat etiā herede errante: vt. j. ad. l. Falci. l. j. §. ſi legatarius. item totus titu. de condict. inde. & ſine cau. locum habent quando errando quis dominium vel poſſeſſionem tradit. aliter non daretur condictio aliqua: vt infra vſufru. quemad. ca. l. fi. in fi. Dic ergo nō ſummoueri exceptiōe, &c. ſcilicet efficaciter: quia replicabitur de dolo à te herede. Quod dico habere locum etiam ſi per acceptilationē eū liberaſſet: licèt quidam contra. Sed videtur alia ratione, quòd non poſſit cum effectu repetere: quia falſa demonſtratio non vitiat legatum: nec ergo opinio falſa pactum tale. Sed certè imò vitiat legatum, ſi aliter non erat legaturus: vt infra de conditionib. & demōſtrationib. l. cum tale. §. falſam. & C. de fal. cau. adiec. leg. l. j. ſic & hîc non eſt veriſimile hunc feciſſe pactum ſi ſciſſet nihil legatum eſſe: quare poteſt repetere: & contra exceptionem replicabit: cum ideo fecit, quòd ſe aſtrictum putauit: vt infra de condic. inde. damus. nam nō tam paciſcitur quàm decipitur: vt. j. tit. j. qui cū. §. qui per fallaciam. vel dic, falſa cauſa non nocet quam teſtator credebat. hîc autem non teſtator, ſed heres tantùm. nec enim teſtator vllo modo legauerat.

e *Si debitorem.* ab eo qui me heredem fecit. credebam me grauatum in. x. dandis Titio: cui puta Titio legatario delegaui debitorem meum Mæuium, qui Mæuius erat in alia manu creditor Titij. ideoque conpenſauerunt ſtatim Titius & Męuius. cum igitur apparet quòd non eram grauatus, omnia in priſtinum reducuntur ſtatum, non ipſo iure, ſed iure replicationis doli: & delegatus contra eum cui delegatus eſt, obiiciet doli exceptionem: vt hîc, &. j. de dona. l. ij. §. cum verò. & de do. excep. Iulianus.

f *Tuum.* Mæuium.

g *Cui.* ſcilicet Titio. Ioan.

h *Debitor.* Mæuius.

i *Pactus.* de non petendo admiſſa compenſatione.

k *Debitore.* ſcilicet Mæuij.

l *Conſtituto.* ſcilicet prius ex aliqua cauſa.

m *Debitorem.* ſcilicet Mæuium.

n *Suum.* ſcilicet Titium.

Falſa credulitas non confirmat qđ agitur.

o *Peremptam.* ſcilicet quo ad effectum. Et not. ex hac. l. ex falſa credulitate vel opinione, quod agitur, non cōfirmari. ſic infra de pign. ac. ſi quaſi. & C. de reſcindēda ven. venditor. & infra de ac. em. & ven. ſi heres. &. j. de conſti. pe. l. fi. &. j. de adqui. here. ſi is ad quem. &. j. de condic. inde. ſi non ſortem. §. ſi centum. &. j. de inoffic. teſta. nihil. §. ſi cum. &. j. de iudic. l. de qua re. Argu. cōtra. C. de condic. ob cau. l. ſi repetendi.

E*Piſtula.*] CASVS. Titius inſtituit me ſolum heredem: ego autem credens te coheredem meum, miſi tibi epiſtolam hoc modo: talis tali coheredi meo ſalutem. quæritur modo, an propter hoc ſis coheres meus? Et reſpon. quòd non. [SI INTER.] A Obligaui fundum meū Titio: tu cum eſſes meus amicus, dixiſti mihi quòd volebas illum fundum luere. dixi, libenter. luiſti quidē: & conuenit inter me & te poſt luitionem, vt fructus quos ex illo fundo perciperes, in ſortem & vſuras computares. & quòd ſi ſoluam reliquum, reddas mihi fundū. nunquid valet tale pactū? Et reſpon. quòd valet iſtud pactum, vt inter coheredes locum habeat. [PACTVM.] Mihi tuum prædium obligaſti, & conuenit inter nos vt tu debitor debita præterita & futura ſolueres. nunquid valet pactū? Et reſpon. quòd valet inter contrahentes, & quantùm ad ipſos. [DE INOFFICIOSO.] Pater meus me exheredauit, & inſtituit extraneum heredē. ego autem cū agerem contra heredē extraneum quærela inofficioſi, pactus fui cū extraneo herede vt mihi alimenta præſtaret, & præſtitit: & ego ei querelam remiſi. tandē deceſſi. vnde heres meus, puta filius meus, petit alimenta ab illo extraneo herede. Dicitur hic quòd iſte filius meus idemque heres meus non habebit alimēta, quia illud pactū in tertiam perſonā extendi nō debet. vel dic quòd petebam pactū fieri mihi, quòd perpetuo præſtaret alimenta tam mihi, quàm meis heredibus. hoc pactū erat contra iura, quòd etiam heredibus præſtarentur alimenta: quare meum deſiderium non admittitur. Viuianus.

LII. IDEM *libro primo Opinionum.*

EPiſtula, qua [p] quis coheredē ſibi aliquem eſſe cauit, petitionem nullam [q] aduerſus poſſeſſores rerum hereditariariū dabit. Si inter debitorem, & eū qui fundum pigneratum à creditore, [r] quaſi debitoris negociū gereret, B emerit, placuit [ſ] vt habita [t] compenſatione fructuum, ſolutóque quod reliquum deberetur, fundus debitori reſtitueretur: etiā [u] heres [x] pacto quod defunctus [y] fecit, fidem præſtare [z] debet.

Pactum circa ſolutionem tributorum, valet inter priuatos, quo ad ipſos tantùm.

Pactum vt ſi quas ſummas propter tributiones [a] prædij pignori nexi factas creditor ſoluiſſet, à debitore reciperet, & vt tributa [b] eiuſdem prædij debitor penderet: [c] iuſtum, ideoque [d] ſeruandum eſt.

Pactum perſonale non extenditur ad heredes. Bart.

De inofficioſo patris teſtamento acturis vt eis [e] certa quantitas quoad viueret heres, [f] præſtaretur, [g] pactus eſt. produci

p *Epiſtula qua.* ſalutabat eum vt coheredem. Accurſius.

q *Nullam.* per legem enim, vel per ſimilem iuris partem, vel per D teſtationes fiunt heredes: vt. j. de peti. here. l. j. & inſtit. de bo. poſ. §. quos autem. non autem epiſtolis: vt. C. de proba. non epiſtolis. & bene dico nullam, niſi eſſet [a] lata ſententia: quia tunc pro heredibus habentur: vt. j. fami. erciſcun. l. cum putarem. Accur.

a] Nam ſententia lata in petitione hereditatis, tribuit ius & nomen heredis. B.

r *A creditore.* ſed nōne debitor poteſt vindicare? Reſpō. non, cū creditor vēdidit ex pacto, vel ex lege: vt. C. de iur. do. impe. l. vlt.

ſ *Placuit.* id eſt conuenit ita, &c.

t *Habita.* ſcilicet vt pro eo quod creditori ſoluerat, fructus ſibi computaret: hic amicus debitoris: & ſoluto reliquo à debitore fundum redderet ipſi debitori.

u *Etiam.* nunc reſpondet.

x *Heres.* emptoris, vel debitoris.

y *Defunctus.* amicus debitoris.

z *Fidem præſtare.* Sed quare, cū nudū ſit? Rñ. imò fortè veſtitum. mādauit enim debitor amico vt hoc faceret: vt. j. mā. ſi mādauero. j. §. ſi hi. vel ſtipulatione fortè. ſed & ſi nudum fuiſſet, valet ad E vſuras remittēdas: quas pręſumo remiſſas, ex quo dixit ſe fructus cum ſorte compenſaturum. aliàs venirent in contrariam mādati actionem: vt. j. manda. ſi verò non remunerandi. §. ſi mihi. Acc.

a *Tributiones.* ſcilicet præteritas.

b *Tributa.* ſcilicet futura.

c *Penderet.* i. daret creditori, vt creditor daret fiſco.

d *Ideoque ſeruandum.* vel per actionem contrariā pigneraticiam informatam: vel per certi condictionem ex ſtipulatu ſi ſtipulatio interceſſiſſet: vel per retentionem: vt. j. de pigne. actio. l. tutor. §. contrariam. Sed argu. contra. ſ. eod. l. inter debitorem. Sol. vt ibi, & eodem modo ſolue. C. ſine cen. vel reli. l. fina.

e *Eis.* ſcilicet filiis.

f *Heres.* primò pūcta quoad viueret. ſ. filius: & habeas, præſtare. vel ſic: quoad viueret heres. ſ. qui dat. & tunc habeas, pręſtaretur.

g *Præſtaretur.* aliàs præſtaret, & aliàs præſtaretur. & hæc placet, quia planior eſt.



UNED

a *Ad perpetuam*.mortuo eo qui de inofficioſo acturus erat, ſecundum primam: & econtra vt heres heredis præſtaret,ſecundũ aliam.

b *Admitti*. vt hic, & infra de lib. leg. Aurelio.j.reſpon. nec ad querelam tranſactionis ſopitam reuertetur heres filij: vt. C. de tráſact. cum mota. vel ipſe:ex quo ſeruatur ei conuentio:vt.C.de inoff.teſta.parẽtibus.niſi fortè ad tempus tãtùm remiſit: vel non ei ſeruatur fides dum viuit: vt infra de inoffi. teſta. ſi inſtituta.j.reſpon. & ſupra eod.l.ſi vnus.§.ſi cum reo.

ad perpetuam [a] præſtationem id pactum poſtulabatur. Reſcriptum eſt, neque iure vllo, neque æquitate tale deſiderium admitti. [b]

Pactum de reddendis ſumptibus,valet,ſecus in pacto facto de quota litis.Bartolus.

LIII. IDEM *libro quarto Opinionum.*

B

SVmptus quidem † prorogare [c] litiganti, [d] honeſtum eſt: paciſci autem vt non quantitas eo nomine expenſa cum vſuris licitis reſtituatur, ſed pars dimidia eius quod ex ea lite datum [e] erit, non licet.

† Id eſt repræſentare. Ant.Aug.lib. 4.c.12.

SVmptus.] CASVS. Dicitur hîc ꝙ ſi habeo procur. vel aduocatum, quòd poſſum paciſci vt dem ei ſumptus. & hoc eſt honeſtum. ſed ſi paciſcar vt dem ei partem litis: nõ valet pactũ tale. Viuia.

c *Prorogare*. id eſt dare,vel præſtare.*

a]Vel dic præ rogare, prius rogare.i.rogando petere ſalaria à litigãtibus.i.ab his qui litem habent: poſſunt enim cauſidici ante litis ingreſſum paciſci de ſumptibus litis,non autẽ de quota litis.Ae.P. Paciſci an liceat de quota litis.

d *Litiganti*. id eſt procuratori vel aduocato.

e *Datum*. per ſententiam ſcilicet latam cõtra reum aduerſarium. Et not. hîc quòd non licet paciſci de quota litis:vt hîc, &.j. manda.ſi remunerandi.§.fi. &.l. ſalariũ. C. de procu.l.litem.&.C.man.ſi contra licitum. quod dicas ſiue dimidia ſit, ſiue tertia, ſiue quælibet quota. licèt M. dixerit ita demũ ſi eſt dimidia nõ valere:vt hîc. ſed quid ſi nõ ſub hoc nomine quotæ, ſed cũ lis eſſet de decẽ, pactus eſt de octo quæ erant in lite,ſibi dandis? Reſpõ. quidã non valere. quod credo, ne fraus fiat:vt.j.man. ſi remunerandi.§.fi.Io. contra. dicit enim valere: vt argu.inſtit.de fideicommiſ.here.§.nihil autem.&.C.de ſen.paſ.ſi debitor.Accur.

Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.Bart.

LIIII. SCAEVOLA *apud Iulianum libro vicenſimoſecundo Digeſtorum.*

SI pactus ſim ne Stichum qui mihi debebatur,petam, [f] non intelligitur mora [g] mihi fieri: mortuóque Sticho puto non teneri reum,qui ante pactum morã non fecerat. C

Per ſeruum in quo habemus vſumfructum, adquiritur nobis exceptio & replicatio. Bartolus.

LV. IVLIANVS *libro trigenſimoquinto Digeſtorum.*

SI debitor ſit fructuarius, [h] & paciſcatur ſeruus in quo vſumfructum habet,ne ab eo [i] petatur: paciſcendo meliorem conditionem eius facit. [k] Item ſi creditor eſſet fructuarius,& pactus [l]

SI pactus.] CASVS. Feci tibi pactum,ne Stichum(qui mihi debebatur)peterem intra annum.non teneberis quidem. vel aliter dic hunc caſum:ſi Stichus decedat,non teneberis ipſo iure. Viuianus.

f *Petam*.ad tempus: aliàs non videtur quæſtio, moriatur vel non:cum per pactum in perpetuum eſſet per exceptionem liberatus.Vel dic in perpetuum: ſed ante mortem Stichi exceptione defenditur: poſtea ipſo iure teneri deſiit: vt infra de verborum obligationib.l.ſi ex legati.

g *Mora*. & tunc ipſo iure in eam non incidit. ſi autem omnino iam commiſſa fuiſſet,per exceptionem poſtea defenditur: vt.s̃.ſi quis cautionibus.l.ij.in prin.& hoc ſiue fuerit ad tempus dilatio: vt infra ſi cer. pet. l. lecta ſiue perpetua: quia nulla mora eſt ibi, vbi nulla eſt petitio: vt infra de regulis iuris. l. nulla. & infra de verborum obligationib.ſi pupillus.& facit ad hoc infra de noua. l.quotiens. in principio.

SI debitor.] CASVS. In quoquam ſeruo vſumfructum habebam:iſte ſeruus fecit pactum creditori meo, ne petat ille creditor meus à me.Valet quidem pactũ. Sed pone quòd eram creditor tuus, & tibi feci pactum de non petendo. iſte ſeruus vſufruct. conuenit tecum vt mihi petere liceret.valet pactum,& adquiritur mihi replicatio:quia ſi agam contra te,excipies de pacto quod tibi de non petendo feci: & ego replicabo, quia tu feciſti ſeruo in quo habeo vſumfructum,pactum de petendo.hoc dicit iſta lex.Viuianus.

h *Si debitor ſit fructuarius*.ſerui.Accurſius.

i *Ab eo*.ſcilicet fructuario.

k *Facit*.quia eſt ex re fructuarij,& opera ſerui: vt ſupra eod. adquirent.j.reſpon. eſt enim ſpecies adquirendi, liberare fructuarium ab obligatione:vt infra de accepti. l. ſpecies. & quod dicit meliorem,non deteriorem ſupple:vt.C.eo.ſeruus. A

eſſet ne peteret:ſeruus autem fructuarius paciſceretur vt peteret: beneficio pacti quod ſeruus interpoſuiſſet, vtiliter [m] ad petitionem admittetur. [n]

l *Et pactus*. ſcilicet fructuarius.

m *Vtiliter*. id eſt efficaciter.

n *Admittetur*.ope replicationis.

Ex cauſa poteſt vna pars cõtractus tolli alia remanente.Bart.

LVI. IDEM *libro ſexto ad Minicium.*

SI conuenerit ne dominus à colono quid peteret,& iuſta cauſa conuentionis fuerit: nihilominus colonus à domino petere poteſt. [o]

SI conuenerit.] CASVS. Titius locauit fundum Seio vſque ad decem annos. emerſit ſterilitas,cuius gratia dominus remiſit vnius anni vel duorum penſionem.nihilominus manet locatio, & tenetur dominus ei ſuper his quæ lege locationis cõductori præſtari ſolẽt. infra loca.& conduc.l. ſed addes.§. illud. Viuianus.

Pro tempore pro quo vſura ſoluitur,tacitum pactum de non petendo inducitur.Barto.

LVII. FLORENTINVS *libro octauo Inſtitutionum.*

QVi in futurum [p] vſuras à debitore acceperat,tacitè pactus videtur ne intra id tempus ſortem petat.*

o *Poteſt*. Et ſic nota contractum iſtum ex vna parte tantùm reſolui ex huiuſmodi cõuentione:vt hîc, & infra loca. & con. ſi tibi habitationem.Sed cõtra infra de reſcinden. vendi. l. cum emptor. & infra de act.empt.& ven.l.fina.quę ſunt cõtra? Reſpon. hîc fuit res non integra: ibi integra. Item hîc fuit iuſta cauſa conuentionis ex vna parte tantùm: puta ſterilitas: vt infra loca. ſi vno. ibi æqualiter. Alij dicunt quòd hîc expreſsè fuit actũ, vt ex vna parte tãtùm tolleretur:ibi nõ.remanet ergo locator obligatus ad ea quæ cõſueuerunt præſtare locatores colonis:quæ enumerantur infra loca.ſed addes.§.illud.Accurſius.

Ex ea parte qua pactum eſt in perſona, non porrigitur ad heredem. Bartolus.

Si ex altera parte * in rem,ex altera in perſonam pactum conceptum fuerit, veluti ne ego petam, vel ne à te petatur: heres meus ab omnibus vobis petitionem habebit: [q] & ab herede tuo omnes peterе poterimus. [r]

*Ad hoc propoſitum dicit Inno. quòd iuramentum ex parte iurantis ſemper eſt perſonale:ex parte autem eius cui iuratur eſt reale: vt ipſe not.in c.veritatis. extra de iureiur.

Contractus qui conſenſu celebrantur,ſolo conſenſu diſſoluuntur re integra: aliàs non,niſi actus retro ſimilis interceſſerit.h.d.

D LVIII. NERATIVS *libro tertio Membranarum.*

QVi in futurum.] CASVS. Accepi à te decem, & tu pro futuro tempore vſuras accepiſti. dicitur hîc quòd videris tacitè paciſci ne petas à me illa decem vſque ad illud tempus cuius nomine vſuras accepiſti. [SI EX ALTERA.] Debebas mihi decem, & feci tibi pactum de non petendo, hoc modo ſcilicet, ne ego ſolus petam. hoc caſu remouebor à te & ab heredibus tuis: quia ex parte mea perſonale eſt. vel ſi dixi ne à te petatur, ſi tu decedas: cum ex parte tua ſit perſonale: petere potero ego & heres meus,non à te,ſed à tuo herede:vnde ſolus à te remouebor ego & heredes mei, & non ab heredibus tuis.Viuianus.

E p *Qui in futurum*. id eſt pro futuro tempore. & nota tacitam remiſſionem:vt hîc,& infra de doli excep.l.ij.§. non mihi. & infra de le.commiſſ.l.de lege.§.fi.&.C.de pactis inter empt. & vend.l. commiſſoriæ.&.j.de eo quod cer.lo.l.fina.in fine.

q *Habebit*.in primo caſu.

r *Poterimus*. ſcilicet in caſu ſecundo. & ſic redde diuerſis reſpectibus ſingula ſingulis,hoc eſt tertium primo:& quartum ſecundo.Accurſius.

AB emptione.] CASVS. Tria dicit hæc lex.primo pone quòd codicem vendidi tibi: & antequam eum tibi traderem, vel tu mihi precium ſolueres, diſcedi ab emptione placuit: quod potuit.Idem ſi vltra proceſſum eſt, quia res vendita tradita eſt: ſed precium non dediſti:poſtea dixi tibi,reſtituas codicem mihi, & non tenearis ad precium.ſi quidem reſtituas,non teneberis ad precium, imò liberaris à precio præſtando. Tertiò dicit: Pone quòd codicem tibi tradidi,& tu mihi precium ſoluiſti: vel nõ dediſti pre-

diſti preciũ:& conuenimus poſtea vt diſcederemus à contractu. A
dicit hîc quòd non potero te cõuenire,vt rem mihi reſtituas quã tibi vendidi,& tradidi. Viuianus.

a *Ab emptione.* tres ponit caſus. Primò, quando res eſt integra. Secundò, quando ex vna parte facta fuit traditio. Tertiò, quando ex vna vel vtraque: quæritur tamen an actio detur ad reſoluendum:quod negat.

b *Recedi.* ipſo iure, & etiam arris datis: vt.C. quãdo li.ab emp. diſ.j.

c *Præſtitis.* id eſt redditis: nõ vt quidam dicunt, iterum à te mihi venditis.

d *A te.* ſcilicet emptore.

e *Præſtitiſſes.* ſponte. nec enim is cogi poteſt : vt in fine huius legis.

f *Deſinere.* nunquid ipſo iure?puto ſic, vt ſtatim dicam.

g *Intereſt.* quo ad hoc vt precium nõ debeatur cum effectu. ſed re integra ipſo iure in altero caſu per exceptionem,ſecundum Io.vel dic ( vt puto ) ipſo iure in vtroque caſu:vt hîc: licèt agi non poſſit ex pacto tali : vt in fi.hui⁹ legis.

h *Cogaris.* quid ergo de lege commiſſoria, & pacto addictionis in diem , vbi dominium trãsfertur ex pacto : vt C. de pactis inter emp. & ven.l.commiſſoriæ? Reſpon. illud re integra, & in ipſo contractu.

i *Conſtituatur.* ad quod pactũ nudum non ſufficit. Io. ſed nunquid etiam exceptionem in pretio pariet? reſpon. non. Sed quid ſi venditor fuit confeſſus poſſidere nomine emptoris : nec tamen tradidit? videtur tradita : vt infra de rei vind.quædam.& de adquirenda poſſeſſ. quod meo. Item ſufficit aliquid fieri per quod venditor liberetur : vt infra de reſcindenda vendi.l. cum emptor. Item non parit exceptionem hæc conuentio : quia ad hoc non apponitur, ſed vt contractus diſſoluatur. [a] Item & ſi fieret ad liberandum à primo contractu, non oportet : quia ab eo iam erat liberatus. ſed rei vin. habet emptor, vel vti poſſi. ad quod infra de contrahen.empt.l. ſi cum fundum venderes. §. fere. de qua tollenda non fuit actum : vt infrà tit.j. cum Aquiliana. Item actus econtra ſimilis priori hîc non fuit, quod eſt opus:vt.C. quando li.ab empt. diſce.l.j. econtra hîc videtur ſimilis actus retro eſſe : cum res erat apud venditorem : vt inſtit.de re.di.§. interdum. ſed certè ibi dicit contra. ſcilicet non eſſe traditam.at hîc verus actus deſideratur:vt. C. quando lic. ab empt. diſce. l. j. Item pro hoc, quia tradito inſtrumento : ergo res:vt.C. de don. l. j. ergo econtra eo inciſo : vt infra de regulis iuris.l.nihil tam naturale. ſed illud re integra . Item liberatur fideiuſſor & venditor etiam ſi promiſerit animo nouandi:& ſic liberatus videtur à prima : vt infra de reſcindenda ven. l. emptio. ſed ibi res eſt integra : & ſecunda obligatio eſt liberatio primæ. Item ad donationem trahe: nec ob. inſtitut. quib. mo.tol. ob.§. vlti.quia & hæc fit conſenſu : vt. C. de dona.ſi quis argentum.§. fin. præterea non dicit lex, quòd non exigatur retro actus in aliis : ſed re integra in aliis non ipſo iure : ſed per exceptionem re integra : hîc ipſo iure : vt ſupra eodem. l. ſi vnus.§. pactus ne peteret.

a]Bald.hic dicit iſtam gloſ. ſingul. quòd vbi productio contractus eſt bonæ fidei:ita etiam eſt eius diſſolutio ſiue diſtractus. Bolog.

AB emptione, [a] venditione, locatione,conductione,cæteriſque ſimilibus obligationibus, quin integris omnibus, conſenſu eorum qui inter ſe obligati ſint, recedi [b] poſſit, dubium non eſt. Ariſtoni hoc amplius videbatur, ſi ea quæ me ex empto præſtare tibi oporteret,præſtitiſſem : & cũ tu mihi precium deberes, conueniſſet mihi tecum,vt rurſus præſti tis [c] mihi à te [d] in re vendita omnibus quæ ego tibi præſtitiſſem? B precium mihi non dares, túque mihi ea præſtitiſſes: [e] precium te debere deſinere : [f] quia bonæ fidei(ad quam omnia hęc rediguntur)interpretatio hanc quoq; conuentionem admittit.nec quicquã intereſt, [g] vtrum integris omnibus in quæ obligati eſſemus,conueniret vt ab eo negocio diſcederetur:an in integrum reſtitutis his C quæ ego tibi prǽſtitiſſem,conſentiremus ne quid tu mihi eo nomine præſtares. Illud planè conuentione quæ pertinet ad reſoluendum id quod actum eſt,perfici nõ poteſt, vt tu quod iam ego tibi præſtiti,contrà præſtare mihi cogaris : [h] quia eo modo non tam hoc agitur , vt à priſtino negocio diſcedamus, quàm vt nouæ quædam obligationes inter nos conſtituantur. [i]

PEr quos.] CASVS. Filius & ſeruus nobis adquirere poſſunt, & aliæ perſonæ quæ enumerantur inſti. per quas perſo .no. adqui . vſque ad. §.ex his . ſic ergo iſtæ perſonæ nobis acquirere poſſunt per ſtipulationem , ſi paciſcãtur ne à nobis pe-

ff Vetus.

tatur:& bene valet pactum:& poſſunt nobis adquirere. Viuia.

k *Pactis.* fallit in illis caſibus in quibus ſtipulatio ſufficit, ſed non pactum:vt diximus ſuprà eodem, in traditionibus.

l *Placet.* ſcilicet tam ad agendum quàm ad excipiendum,ſecundum Io.& ſunt iſtæ perſonæ ſex : filius , ſeruus proprius , & ſeruus alienus bona fide poſſeſſus : & liber homo quem bona fide poſſideo : & ſeruus in quo habeo vſumfructum:& ille in quo habeo vſum : vt dicitur per ordinem inſti. per quas perſo. no. adqui. vſque ad.§.ex his.addo etiam per procuratorem. nam licèt ſtipulatione nobis non quærat niſi in caſibus : vt no.inſtit. de inuti. ſtip. §.ſi quis alij. tamen pacto nobis adquirit exceptionem doli: vt ſupra eo.reſcriptũ.§.fi.

Quorum ſtipulatione nobis adquiritur, eorundem & pacto. hoc dicit. qui ſunt iſti, ponitur in gloſſ. Bartolus.

LIX. PAVLVS libro tertio Regularum.

PEr quos adquiri nobis ſtipulatione poteſt, per eoſdem etiam pactis [k] cõuentis meliorem conditionem noſtram fieri poſſe placet. [l]

Iſta lex in gloſſ. legitur tribus modis . pone caſum ſecundum ſecundam lect. quæ eſt melior, & magis notabilis. Vbi eſt paritas in cumulatione debiti , dignitatis, & numero perſonarum , præferuntur voces conſanguineorum. hoc dicit . pro hac lect. facit. l. 1. infra de priuileg. cred. ſed ſecundum alias duas lect. hoc dicit. Pactum factum ei qui putabatur heres , porrigitur ad eum qui in veritate eſt heres. hoc autem intelligitur ſi contemplatione hereditatis ſit factum:non ob. ſupra eod.l. ſi tibi.§.penult. Bartolus.

LX. PAPIRIVS IVSTVS libro octauo Conſtitutionum.

IMperator [m] Antoninus Auidio Caſſio reſcripſit, ſi creditores parati ſint partem [n] ex bonis [o] licet ab extraneo conſequi:rationem † habẽdam prius [p] idonei ſunt. & hoc litera dicit.

IMperator.] CASVS. talis eſt:& trib⁹ modis cõſueuit notari. Primo ſic: Pone Titium eſſe mortuum,& feciſſe teſtamentum, & inſtituiſſe ſibi quoſdam ſuos cognatos heredes, qui erant abſentes. venerunt quidam extranei qui credebant ſe inſtitutos eſſe,& adierunt hereditatem. veniunt creditores here. & faciunt pactum de non petendo partẽ debiti iſtis poſſeſſoribus hereditariis : & aliam partem volũt ſibi ſolui.quęritur an pactum proficit adgnatis inſtitutis? Et reſpon. quod prodeſt : & creditores debent ſtare pacto , ſi idonei ſunt. & hoc litera dicit . Secundò ponitur ſic: Titius fecit D teſtamẽtum,& inſtituit ſibi heredem adgnatum : alij adgnati cũ quibuſdam creditoribus extraneis, qui.ſ. adgnati creditores erãt teſtatoris,& pares ſunt in debito,& in numero,volunt remittere debitorum partem,& aliam recipere cum ſint pares:quorum dicto potius ſtabitur, quæritur. Et reſpon. quòd habenda eſt ratio neceſſariarum perſonarum , ſi idoneæ ſint. vnde iſtæ coniunctæ perſonæ præferẽtur aliis creditoribus. Tertio modo ponitur hîc caſus:Pone quòd Titius inſtituit ſeruũ vel filium heredem:poſtea extraneus cœpit poſſidere hereditatem , & adquiſiuit pactum de non petendo creditoribus hereditariis . creditores , quia non fecerunt eis pactum, conuenerunt eos , id eſt ſeruum vel filium. ſed illi extraneo fecerunt pactum. quæritur nunquid pactum extranei profit eis?Et reſpon. quòd ſic. Viuianus.

† iure pro timiſeos.l. Cum bona ſ.de rebus auct.iud. poſſ.

m *Imperator.* Pone caſum tribus modis:primo extraneus qui poſſidet alienam hereditatem, pactus eſt cum creditoribus vt ſint E certa portione contenti.adgnati vel cognati vindicant ab eo hereditatem.

n *Partem.* ſcilicet debiti.

o *Ex bonis.* ſcilicet defuncti.

p *Prius.* id eſt potius dicendum eſt habendam rationem neceſſariarum perſonarum, quàm contrariarum, vel quàm extraneorum:vt ſcilicet doli exceptio eis patrocinetur, non pacti directa: vt ſic tollantur contraria duo ſupra eodem. ſi tibi. §. cum poſſeſſor. & infra titulo primo. l. tertia. §. finali. quæ ſunt contra. Sed nonne dicit, licèt ab extraneo ? Reſpon . ita, quia videbatur non prodeſſe pactum , niſi ab aliis eſſet adgnatis in remotiori gradu conſtitutis factum . & dic,ſi idoneæ ſunt, id eſt quamuis idonæ ſint perſonæ neceſſariæ ad ſoluendum totum. & hoc non affectione heredis extranei fecit : vt . C. eodem . ſi actionem . Secundò pone quòd bona cuiuſdam vendebantur, quia heres nolebat adire, qui habet creditores adgnatos



UNED

ſuos quoſdã, & alios extraneos. pares ſunt adgnati aliis extraneis & in cumulo debiti, & in numero, & in dignitate. neceſſariarum perſonarum ſententia eſt eligenda, ſiue eligant minorem partem debiti, aliis eligentibus maiorem, vel econtra. & pones ibi, ſi idoneæ ſunt ſcilicet, aliàs in cumulo debiti, & in numero, & in dignitate. Tertiò pone, plures gradatim ad hereditatẽ vocabantur. pacti ſunt creditores cũ eo qui erat extraneus heres ab inteſtato & in vlteriori gradu, vt certa parte ſint cõtenti aduerſus eum: multò magis hac parte contenti eſſe debent cõtra neceſſarios heredes, puta filios vel ſeruos. Alij enim qui in poteſtate defuncti nõ erãt, extranei heredes dicũtur: vt inſtitutionibus de heredum qualitate & differentia. §. extranei. &. C. de rei vxoriæ actione. §. extraneum. & ſecundum hoc dic, ſi, id eſt quanuis idonei ſint ad ſoluendum. vel dic, ad ſuccedendum: & dictio, ſi, propriè ponitur. Et ſic no. quòd ſecundum tertium caſum, neceſſariç perſonæ appellãtur filij & ſerui: vt inſtitutionibus de hæredum qualitate & differẽtia, in principio. &. §. ſui. & in aliis duobus dicuntur adgnati & cognati: vt ſupra de iuſtitia & iure. l. finali.

† Bal. dicit iſtum textũ eſſe ſing. ſecundũ vnã lec. gloſ. ad hoc quòd vbi cõiũcta perſona & extraneus deputantur ad aliquid faciendum ſi diſcordant præfertur opinio coniunctæ. Bolog.

Neceſſariæ perſonæ quæ dicantur.

neceſſariarum perſonarum, † ſi idoneæ ſint. [a]

Pactum de non alienando rem propriam non valet. Bart.

LXI. POMPONIVS *libro nono ad Sabinum.*

NEmo paciſcendo [b] efficere poteſt ne ſibi locum ſuum dedicare liceat: aut ne ſibi in ſuo ſepeliri mortuum liceat: aut ne vicino inuito prædium alienet.

Pactum principalis non præiudicat defenſioni iam fideiuſſori quæſitæ. hoc dicit.

LXII. FVRIVS ANTHIANVS. *libro primo ad Edictum.*

SI reus poſtquam pactus eſt à ſe non peti pecuniam, ideoque cœpit id pactum fideiuſſori quoque prodeſſe, [c] pactus ſit vt à ſe peti liceat: an vtilitas prioris pacti ſublata ſit fideiuſſori, quæſitum eſt. ſed verius eſt, ſemel adquiſitam fideiuſſori pacti exceptionem vlterius ei inuito extorqueri non poſſe. [d]

a *Si idoneæ ſint.* ſcilicet ad ſoluendum, ſecundum primum caſum: vel dic, ad remittendum, ſecundum ſecundum caſum. vel dic, ac ſuccedendum, ſecundum tertium.

NEmo.] CASVS. Si paciſcar tecum ne vendam fundũ meum, vel ne faciam locum meum religioſum, vel quocunque alio modo paciſcar: non valet tale pactum. Viuianus.

b *Nemo paciſcendo.* primo dicto huius legis & ſecundo eſt cõtra. C. de pac. inter [a] empt. & ven. l. fi. Sed ibi in traditione factũ fuit. Et ſic ſoluitur aliud cõtra quod toti huic legi contradicit. s. e. in traditionibus. &. C. de re. permu. l. rebus. & ff. de reli. l. quod ſi locus. Item toti legi contradicit. ff. de aqua quoti & æſti. l. j. §. ſi quis. ſed ibi intereſt paciſcẽtis vt alius nõ quærat aquam in ſuo, ne ſuus fons exiccetur: vt. ff. de ſerui. quotiens. vel quod dicit hîc non poſſe agi: verum eſt præciſè: ſed ad intereſſe agi poteſt, ſi intereſt: vt ibi. Item ad primum & ad ſecũdum eſt contra. C. de re. ali. l. fi. ſed ibi non dicitur valeat vel nõ valeat tale pactũ: ſed dicit quòd videatur eſſe prohibita, ſi alienatio alicuius rei eſt inhibita. Item ad vltimum eſt contra. ff. de diſtrac. pig. ſi creditor. §. fin. ſed ibi manifeſtè intereſt creditoris ne debitor vẽdat pignus. Accur.

a] Verius dicendum eſt hanc legem per illã corrigi. Cont.

SI reus.] CASVS. Feciſti mihi pactũ de non petendo, cum tibi x. deberẽ: & ſic & ego & fideiuſſor meus ſumus liberati. poſtea feci tibi pactũ vt liceret tibi à me petere. an fideiuſſor cũ iam ſit liberatus, reincidat in obligationẽ primã, quæritur. Et reſpon. quòd fideiuſſor non reincidit in primam obligationem. Viuia.

c *Prodeſſe.* nam reo liberato, per conſequẽs fideiuſſor liberatur: vt. ff. de reg. iur. l. cum principalis. & ff. de noua. l. nouatio.

d *Poſſe.* Not. liberationem ſemel competentem perpetuã eſſe, niſi liberatus velit iterum obligari: ſicut & omne beneficium perpetuum eſt: vt in auth. conſtit. quæ de dig. §. illud. col. vj. & facit. ff. de reg. iur. id quod noſtrum. & C. de loca. & con. ſi cum Hermes. & C. de fideiuſ. nouatione. Sed contra. s. eo. ſi vnus. §. pactus. in fin. §. Sol. vt ibi. Item contra. ff. quod me. cau. l. metum. §. fin. & l. illud. vbi fideiuſſor reincidit in obligationem. Sed ibi fingitur nec liberatus, cum prætor eum in integrum reſtituere polliceatur: vt. ff. de in integ. reſti. l. nemo videtur.

Reo principali liberato, liberatur & fideiuſſor. Liberatio ſemel competens eſt perpetua.

DE TRANSACTIONIBVS.

*Dixit de pactis in genere: nunc in ſpecie. Accurſius.*

*Cohærentiam tituli & tranſactionis definitionem iam expoſui ſuperiori titulo, vt ſit pactio qua inter duos pluréſve res dubia & incerta nec dum finita componitur, ſiue, Remiſſio litis præſentis aut imminentis. Cuiac.*

QVi tranſigit.] CASVS. Hanc ſignat rationem inter pactum & tranſactum: & differentiã aſſignat. nam tranſactio fit cum dubium eſt debitũ: vt ecce peto à te x. tu autem negas te debere. vnde mihi das aliquid tranſactionis nomine: aliter non eſſet tranſactum: & ſic de re dubia, & lite incerta. ſecus videtur in pacto: vt ecce peto à te x. quę mihi debes. tu autem non negas te debere. poſtea tibi facio pactũ de non petendo nullo mixto. & ſic in duobus differt tranſactio à pacto: vt hîc. Viuianus.

## DE TRANSACTIONIBUS. TITVLVS XV.

I. VLPIANVS *libro quinquageſimo ad Edictum.*

QVi tranſigit, [e] quaſi de re dubia, & lite incerta neque finita [f] tranſigit. Qui verò paciſcitur, donationis cauſa, rem certam & indubitatam [g] liberaliter remittit.

Tranſactio fit per pactum ſimplex, & per acceptilationem. h. d.

II. IDEM *libro ſeptuageſimo quarto ad Edictum.*

TRanſactum accipere [h] quis poteſt nõ ſolùm ſi Aquiliana ſtipulatio fuerit ſubiecta, ſed & ſi pactum conuentũ fuerit factum.

Trãſactio inter ſcriptum heredem, & venientẽ ab inteſtato, legatariis non præiudicat. Bart.

III. SCÆVOLA *libro primo Digeſtorum.*

IMperatores Antoninus & Verus ita reſcripſerunt: Priuatis pactionibus non dubium eſt non

e *Qui trãſigit.* hæc lex de pacto remiſſionis [b] dicit, & facit differentiam inter pactũ gratuitum, & non gratuitũ. & quòd dicit quaſi, impropriè tantũ notat, ſecundum quoſdam: quia quãdoque fit ſuper re non dubia: vt ſuper alimentis præteritis: vt. C. e. de alimentis. & infra eo. cum hi. §. eam. Item propter fideicommiſſum futurum: vt. C. de pac. l. j. & C. eo. de fideicommiſſ. tu dic quòd eſt veritatis expreſſiuum: & in dictis legibus verbũ, tranſactio, impropriè ponitur. vel etiam eſt ibi prius dubium quantùm, licèt non ſit dubium quin debeatur. Eſt autem dubia res per negationem: vt. C. quibus ad libe. procla. non licet. l. fin. ſiue fiat extra iudicium, ſiue incerta lite, id eſt propter litem. & ſic tranſitiuè, hoc eſt per iudicium: vt hîc, & ff. de condi. inde. eleganter. §. ſi quis. & ideo dic lite præſente, vel futura. & ſic totum pro vno ponitur. vel dic quod pro duobus. & quod dicit dubia, ſcilicet extra iudicium. & quod dicit, incerta lite, ſcilicet præſente iam conteſtata: & in idem recidit ſiue lis ſit iuſta, ſiue iniuſta: vt. C. eo. l. ij. dummodo qui agit vel defendit, credat iuſtam cauſam ſe fouere: non aliàs: vt. ff. de condi. inde. l. in ſumma. in princ. ſecundum Fede. tu dic in actore idem: ſed in reo licèt iniuſtè reſiſtat, tenet tranſactio: vt. C. eo. ſub prætextu. licèt per actionem vel replicationẽ doli conſulatur actori: vt ibidem dicitur. Item nonne fit ſuper certo: vt. ff. eo. de his. quæ eſt contra? Reſpon. vt ibi. Accur.

b] Glo. bene dicit capiẽdo pactum in genere. aliàs propriè ponit iſta lex differentiã inter pactum & tranſactionem. Fulg. Bal. & Iaſon.

f *Neque finita.* ſcilicet ſententia, quæ nullo modo poteſt attentari: vt. ff. eo. poſt rem. & l. & poſt rem. & addas huic annotationi, non gratuita, propter id quod dicitur. C. eo. l. tranſactio.

g *Et indubitatam.* &c. pro id eſt. ſed quid ſi erat controuerſia lite etiam iam conteſtata: ego tamen gratis remitto? Reſpon. & tunc dicor [c] remittere rem certam, id eſt litigium, quod certum eſt: & ſic eſt pactum.

c] Hoc verum vt pactũ fiat mere ex cauſa donationis: aliàs ſecus. Iaſ.

TRanſactum.] CASVS. hac lege dicitur quòd duobus modis fit tranſactio: per Aquil. ſtipu. vt ecce conuenio te ad c. tu negas illa. c. debere. vnde tranſegimus pro l. & ego te interrogaui, quicquid mihi debes vltra l. promittis mihi animo nouandi? tu promittis: & poſtea interrogas me, habes ne acceptum? Et reſpon. quòd ſic. Alio modo ſimpliciter fit tranſactio: puta ſine Aquilia. ſtipulatione. Viuianus.

h *Tranſactum accipere.* id eſt concedere. quaſi dicat poteſt fieri tranſactio duobus modis. per Aquil. ſtipulationem, & ſine ea, & cum ea: vt accepto eo quod nomine tranſactionis dari conuenit, reſiduum quod peto, deduco in ſtipulationem Aquil. & accepto fero. de qua habes inſti. qui. mo. tol. obli. §. idem per verſi. eſt autem. & propter hunc modum quaſdam leges ponit in hoc tit. vt. ff. eo. l. Aquiliana. & l. ſeq. & l. pacto.

Tranſactio dupliciter fit.

IMperatores.] CASVS. Titius me heredẽ ſcripſit, & annuè multa legata reliquit, & libertates. & mater Titij petiit à me hereditatem Titij: & dicit teſtamentũ non valere: cum ipſa ſit legitima heres. tandẽ tranſegi cum ea, & aliquid ei dedi. veniũt modo legatarij: legata petunt, ego defendo me ab eis: cum nõ habeam à Titio,

à Titio, ſed à matre per tranſactionem : vnde nolo ſoluere legata. nec propter tranſac. præiudicatur legatariis nec libertatibus: vnde teſtamentū nihilo minus valet. [CVM TRANSACTIO.] Retento eodem caſu pone quòd Titius matri ſuæ & cuidam alij cc. legauit in codicil. vnde cum ignorauit. c. ſibi legata, tranſegit cum herede Titij pro l. apparuit poſtea oſtēſis codicillis, quòd matri c. erant legata pro parte ſua. dicitur hîc ꝙ iſta mater alia. l. petit: quia non præiudicauit ſibi. & eſt ratio, quia codicilli non fuerunt oſtēſi de his. c. [DEBITOR.] Duobus modis ponitur hic caſus. Primo, Obligaui tibi codicem meum, & deceſſiſti, inſtituiſti heredē Septiciū: & cū Mȩuius poſſideret hereditatē tuam dicens ſe heredē: & cum agerem aduerſus eum pig. act. trāſegimus ſuper pig. act. cum ipſo Mæuio. cum non redderet mihi codicē, & ego ei pecuniā ſoluerem, reperitur ꝙ Septici⁹ erat heres. volo agere cōtra Septiciū verū heredem pig. ac. hîc dicitur quòd tranſactio quam feci cum Mæuio, nō nocet mihi, nec prodeſt Septicio. Item Septicius nō poterit repetere à Mȩuio id quod dedi Mæuio nomine trāſactionis. Secūdo modo ponitur hic caſus. Pone retento eodem caſu, quòd tranſactum eſt ſuper ſorte : vt puta tranſegi cum Mæuio ſuper ſorte. ſi ego debitor contra verum heredem ago pig. act. & heres petat debitum : an iſti heredi reo tranſactio noceat in petitione ſortis annuæ, & an petet Septicius à Mæuio quod actū eſt tranſactionis nomine? Reſpon. vt in litera. Viuianus.

* videtur eſſe.

† No. quòd licet tranſactio ſit generalis, non porrigitur ad codicillos poſtea repertos.

lædi ius cæterorum. [a] quare trāſactione quæ inter heredem [b] & matrem defuncti facta eſt, neque teſtamentū reſciſſum videri * poſſe, neque manumiſſis vel legatariis [c] actiones ſuæ ademptæ. quare quicquid ex teſtamēto petunt, ſcriptum heredem conuenire debent : qui in tranſactione hereditatis aut cauit ſibi pro oneribus hereditatis : aut ſi non cauit, non debet negligentiam ſuam ad alienam iniuriam referre. [d]

Tranſactio non porrigitur ad codicillos poſtea repertos. h. d.

Cum tranſactio propter fideicommiſſum facta eſſet, & poſtea codicilli † reperti ſunt quæro, an quantò minus ex tranſactione conſecuta mater defuncti fuerit, quàm pro parte ſua eſt : id ex fideicommiſſi cauſa conſequi debeat. Reſpondit debere. [e]

Tranſactio facta cum putatiuo herede, ad verum heredem non porrigitur. Bartolus.

Debitor cuius pignus creditor diſtraxit : [f] cum Mæuio, qui ſe legitimum creditoris heredem eſſe iactabat, minimo [g] tranſegit. poſtea teſtamento prolato Septicium heredem eſſe apparuit. quȩſitum eſt, ſi agat pigneraticia debitor cum Septicio : an is vti exceptione poſſit tranſactionis factæ cum Mæuio, qui heres eo tempore non fuerit : poſsítq; Septicius pecuniam [h] quæ Mæuio vt heredi à debitore numerata eſt, condictione [i] repetere, quaſi ſub prætextu hereditatis acceptam. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non poſſe: [k] quia neque cum eo ipſe tranſegit : nec negocium Septicij Mæuius gerens accepit.

Per Aquilianam ſtipulationem omnes obligationes tolluntur, ſi hoc actum eſt : ſed in dubio non tolluntur, niſi illa de quibus eſt cogitatum. h. d. cum ſeq. l. Bart.

IIII. VLPIANVS *libro quadrageſimo ſexto ad Sabinum.*

C AQuiliana [l] ſtipulatio omni modo omnes præcedentes [m] obligationes nouat & perimit : ipſáque perimitur per acceptilationem. & hoc iure vtimur. Ideóque etiam legata ſub conditione [n] relicta, in ſtipulationem Aquilianam deducuntur. [o]

[a] *Cæterorum*. ſcilicet publicorum, vel priuatorum : vt. ſ. de pac. ius publicum. & l. ſi vnus. §. item ne experiar. & infra de reg. iur. l. nemo poteſt. & infra ad legem Fal. l. iij. in princ. & quia ſic eſt generaliter dictum : ergo in caſu qui ſequitur, quare, &c.

[b] *Heredem*. ſcilicet ſcriptum.

[c] *Legatariis*. ſcilicet aliis. nam & manumiſſi legatarij ſunt : vt. j. de lega. iij. l. cum in ſubſtitutione.

[d] *Referre*. vt hîc, & ar. j. de noxa. electio. §. penul. in fi. & quando actio de pecu. eſt anna. l. j, §. item. ſic ergo ſcriptus conuenitur, vt hic. Sed contra. j. eo. l. controuerſia. Solue vt ibi.

[e] *Debere*. imò videtur quòd non, niſi per reſtitutionē : ſicut ille qui prius fuit repulſus à petitione fideicommiſſi vel legati, quaſi teſtamētum non valuerit filio præterito : qui filius poſtea noluit agere per cōtra tabu. nam nō redit ad fideicōmiſſi petitionē niſi per reſtitutionē : vt. j. de excep. rei iudi. l. ij. quæ eſt cōtra. Sol. ſecundū Ir. hîc ſpeciale in matre. hoc non valet : vt in prædicto ti. de except. rei iudi. l. ſi mater. nam & ibi per reſtitutionē ſuccurritur. Dic ergo hîc in tranſactione ſpeciale : quia de his, &c. vt. j. e. de his. ſed ibi non fuit tranſactio, ſed ſententia. Item alia ratione mater non videtur admitti, quia fideicōmiſſarius ſi trāſigat cum herede pro paruo, credens parum eſſe in hereditate, veniens non auditur cōtra tranſactionem, licèt poſtea multa appareant : vt. j. ad Treb. l. Lucius. § fin. quæ eſt contra. Sol. quidam dicunt, imo auditur. & quod ibi dicit auditur, ſi non trāſegit, ſubauditur maximè. j. eo. qui cum. §. qui per fallaciā. Tu dic quòd ibi teſtamentum & omnis vltima voluntas fuit exhibita in tranſactione : ideoque tenuit, hîc non : & ſic nō tenuit, vt. j. eo. de his. & l. nō eſt.

[f] *Diſtraxit*. non iure, ideoque cœpit teneri debitori actione pigneratitia.

[g] *Minimo*. dato debitori propter diſtractionē pignoris. [a] & ſecundum hoc dices ſolutā ſortem Mæuio, & de eius repetitione A quæri. & ſecundum hoc dic, an is, ſcilicet Septicius. vel dic ſecūdo tranſactū de ſorte, [b] non de pignore. vnde quæritur, an ſi debitor contra verum heredem agat pigneraticia actione, & heres petat debitum : an heredi facta trāſactio ſuper debito noceat : & an pecuniam Mæuio ſolutam ex cauſa trāſactionis repetere poſſit idem heres. & ſecūdū hoc dicit, an is, ſcilicet debitor. & ſecundum has duas expoſitiones caſus in fi. §. reſponſionem aptabis.

a] Iſte intellectus eſt verus in ſe : tamē propter contrariu m glo. ſeq. non eſt verus. Ia.

b] Iſte intellectus quāuis placeat Ang. diſplicet tamen Iaſ. & verus intellectus eſt quòd tranſactio fuit facta ſuper debito & pignore. Fulgo. Alber. & Iaſo.

[h] *Pecuniam*. ſcilicet ſortē totam ſolutam. nam tranſactum fuit de pignore. & hoc ſecundum primum caſum. vel dic pecuniā, ſcilicet modicam nomine tranſactionis datam, cum fuit tranſactum de ſorte, ſecundum ſecūdum caſum.

[i] *Cōdictione*. certi : cum certum petatur : vt infra ſi cer. peta. l. certi condictio.

[k] *Non poſſe*. neque exceptio locū habet neque pecuniā à Mæuio repetit Septicius. & ſic ad vtrumq; reſpondet : vt ſtatim patet cū reddit rationem : & ſic factum cum poſſeſſore nō prȩiudicat nec proficit vero heredi. ſic infra de peti. hered. l. at vbi. & ſ. de pac. ſi tibi. §. fi. & l. ſi vnus. §. item ne experiar. Sed contra de peti. here. ſed & ſi lege. §. petitio. in glo. ſunt exacta. & l. poſt ſenatuſconſultum. & l. euicta. & l. ſi poſſeſſor. j. §. ait ſenatus. ibi, bonæ fidei. in quibus dicitur quòd quicquid poſſeſſori eſt ſolutum, repetit petitor. & ideo hæc ſors ſecundum primum, vel quod datum eſt pro ſorte, ſecundum ſecundum, debet reddi vero heredi. Sol. illud verum D eſt cum inſtitutus heres habet ratum quod geſſit poſſeſſor illico cum ſcit ſolutum eſſe Mæuio. hîc cum non habet ratum : & ſic ſtatim eſt adquiſita condictio indebiti debitori. hæc ſolutio ad primam caſus poſitionem refertur. vel dic hîc [c] ad ſecundam non reſtituitur : quia videtur ex negatione ſua conſecutus : vt arg. j. de hered. ven. l. venditor. hoc ad ſecundum caſum. vel dic, Mæuius accipiendo accepit indebitū : quia iam debitum fuerat ſolutum creditori defuncto : & indebitum quod recipit poſſeſſor hereditatis, vero heredi non reſtituitur : vt. j. de peti. hered. ſi poſſeſſor. j. §. ait ſenatus. ibi, bonæ fidei. & hoc ſecundum primum caſum. ſed leges contrariæ loquuntur cum debitum eſt ei ſolutum. Item contra. j. de conſti. pecu. ſi poſt. ſed ibi ceſſa à poſſeſſore fuit actio de conſtit. & ideo eam exercet.

c] Iſta ſolutio eſt veriſſima : & procedit tenendo ſecundū intellectum. Bar. & Iaſo.

AQuiliana.] CASVS. Tu tenebaris mihi ad. x. ex cauſa venditionis. Item tenebaris mihi ex locato & ex multis aliis contractibus : & poſtea ſtipulatus fui à te ſic : quicquid mihi debes E ex tali & ex tali contractu, & ex cauſa legati, promittis mihi animo nouandi? dixiſti, promitto. & ego reſpondi, acceptū habeo, acceptúmque tuli, cum tu me interrogaſti. iſta eſt ſtipulatio.

[l] *Aquiliana*. à Gallo Aquilio ſic dicta : vt inſtit. qui. mo. tol. ob. §. eſt autem prodita.

[m] *Præcedentes*. & etiam ſequentes ſi adiiciatur verbum, oportebit : vt in. d. §. inſtitu. & j. de accept. l. & vno. §. j. ita tamen ſi de omnibus eſt cogitatum : aliàs non : vt. j. l. proxi.

[n] *Sub conditione*. quid autem ſi purè : aliàs in diem certam : & in ſpecie certa : nunquid poſſunt deduci in Aquilianam ſtipulationem? Reſpon. nō ipſæ res obligatæ : quia ſunt in dominio legatarij : ſed per alium modū deducentur à legatario in Aquilianā ſtipulationē. quem modū habes. j. de ver. obli. l. ſcire debemus. §. fi.

[o] *Deducuntur*. ſed conditione demum exiſtente apparebit : vt. j. de accept. l. quod in diem. & coniunge. l. proxi. cum iſta : & dic cum, id eſt quia, ſecundum Ioan. & leges rectè.

UNED

C*Vm Aquiliana.*] CASVS. Hęc lex cum ſuperiori cōtinuatur. & caſus eſt talis: Debebas mihi.x.ex vno contractu, &.x.ex alio. Item tenebaris mihi ex cauſa depoſiti: poſtea ſtipulatus fui: promittis mihi quicquid debes, & animo nouandi? Reſpondiſti, promitto: & tu dixiſti mihi, habes ne acceptũ? ego reſpōdi, accep. habeo. & non cogitaui de depoſito: non videor tibi accept. tuliſſe depoſitum. Viuia.

a *Liberalitatẽ.* ſtipulationẽ Aquilianã vocat liberalitatem: quia liberat à primis: & quia ſperatur acceptilatio.

b *Fregit.* Not. à verbo generali aliquid excipi: vt dices. j̃. de ſer. vrba. prædio. ſi ſeruitus. &. C. ad Velleia. l. iubemus.

† Adde ſecundum Iaſ. hic, quòd idẽ eſt in iuramento: quod nõ extenditur ad incogitata. in ca. veniẽs & ibi gloſſ. extra de iureiur.

V. PAPINIANVS *libro primo Definitionum.*

CVm Aquiliana ſtipulatio interponitur, quæ ex conſenſu redditur: lites de quibus non eſt cogitatũ, † in ſuo ſtatu retinẽtur. Liberalitatem [a] enim captioſam interpretatio prudẽtium fregit. [b]

B Super dependentibus ex vltima voluntate nõ poteſt trãſigi niſi veritate reperta per inſpectionẽ vel cognitionẽ vltimę volũtatis. Paul.

VI. GAIVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum prouinciale.*

DE his * controuerſiis quæ ex teſtamento proficiſcuntur, neque tranſigi, [c] neq; exquiri veritas aliter poteſt, quàm inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti.

* l. i. j̃. Teſta. quemad. aper.

D*E his.*] CASVS. Si mihi aliquid ſit in teſtamento relictum, non poſſum tranſigere ſuper iſto legato niſi prius oſtendatur teſtamentum. Viuianus.

c *Trãſigi.* vt ſi dicat legatarius deberi ſibi.x. heres de nihilo, ſed trãſigit pro quinq;. Et poteſt dici ꝙ ipſo iure teneat tranſactio: vt. arg. C. de dona. ſpen. &. s̃. tit. j. l. pactũ. in fin. quæ ſunt arg. cõtra. ſed doli replicatione cõſulitur in eo de quo nõ cogitauit legatarius deberi vltra id quod ex trãſactione accepit. Nã cogitauit debere decẽ, cũ deberẽtur quindecim: & ſic in aliis quinque præiudicat ſi ſciuit: vt s̃. ti. j. l. tres fratres. & ſic de nihilo cogitauit. ſ. plus debere quàm id quod ex trãſactione accepit: & ſi nihil cogitabat remittere, in nihilo prȩiudicauit: vt. §. j̃. eo. qui cum. §. fi. ſic ergo in quinq; valet remiſſio, ſi de his cogitauit. vel fortè etiã in eo de quo cogitauit, non valet: vt. s̃. l. iij. §. j. & multò minus valebit de eo de quo non cogitauit. ſed nunquid pactũ gratuitũ valet? Reſpon. non in eo quod non cogitauit, per prædictas tres leges. Item nunquid expreſſè hoc agi poteſt, vt omnis ſpes remittatur per pactum vel per tranſactionẽ. i. renuntietur huic legi? puto ꝙ ſic: vt. C. de pac. ſi quis in cõſcribendo. Itẽ quid ſi ipſe heres ſit in tali trãſactione deceptus: vt quia plus dedit quàm debeat? Reſpon. non tenet tranſactio: arg. huius legis, licèt maximè hæc lex ſit facta in odiũ heredũ: quia legata occultãt. Item an in codicillis hæc habeant locum? Reſpon. ſic: vt. s̃. eo. l. imperatores. §. j. &. j̃. e. l. non eſt. Itẽ ſi inſpiciãtur verba, nonne fient certi? & ſic non valet tranſactio: vt. s̃. l. j. quæ eſt cõtra. Solutio. adhuc poteſt eſſe dubia: quia cum dixerit denarios, non intelligitur de quibus. Item nota hanc legem loqui in vltimis voluntatibus, vbi magis fides ſcripturæ habetur: vt. j̃. de condi. & demon. in his. &. C. de reb. cre. l. fin. &. j̃. quemad. teſta. ape. l. j. ſecus in inſtrumẽtis factis inter viuos, quæ pòſt reperta non vitiant tranſactionem: vt. C. eo. ſub prætextu.

Si de viribus ſententiæ dubitetur, poteſt tranſigi. Bartolus.

VII. VLPIANVS *libro ſeptimo Diſputationum.*

ET poſt rem iudicatã trãſactio valet, ſi vel appellatio interceſſerit, vel appellare [d] potueris.

Tranſactio facta cum principali, prodeſt fideiuſſori etiam cõdemnato. Item ſolutum ex cauſa tranſactionis inualidæ, in debiti ſolutionem conuertitur.

Si fideiuſſor conuentus & condemnatus fuiſſet, mox [e] reus trãſegiſſet cum eo cui erat fideiuſſor condemnatus: tranſactio valeat, quæritur. & puto valere: quaſi omni cauſa & aduerſus reum & aduerſus fideiuſſorem diſſoluta. [f] Si tamen ipſe fideiuſſor condẽnatus trãſegit, tranſactione nõ peremit rem iudicatã: tamen eo quod datũ eſt, releuari rem iudicatam oportet. Vſq; adeo autem quod datum eſt, etiã ſi non proficit ad tranſactionẽ, extenuat tamẽ rem iudicatã, vt inde ſit & edictũ [g] & reſcriptum, [h] circa alimentorum tranſactionẽ citra prætoris auctoritatem factã, vt quod datum eſt, proficiat ad alimẽta: ita vt ſi quid amplius ex cauſa alimẽtorum deberi poteſt, id præſtetur: quod autem datum eſt, imputetur. [i]

C Iuriſcõſultus primò ponit verba cuiuſdã orationis factæ per imperatorem. ſecundò exponit illa per totam iſtam. l. Et breuiter hoc intendit: Super alimẽtis relictis non poteſt tranſigi, niſi cauſa cognita prætore auctorante. proſequere vt in gloſ. Iſtud principium, eiuſdem, &c: hîc incipit exponere verbum alimenta. Hæc oratio, &c. hîc exponit verbum, relicta. Bart.

E*T poſt.*] CASVS Scire debes, quòd ſi iudicatũ fuit, quòd ſuper re iudicata nõ poteſt trãſigi: vt. j̃. de cõdic. inde. elegãter. §. j. & illa vera ſunt niſi fuerit appellatum: vel niſi ſit intra. x. dies. nam tunc valet trãſactio. [SI FIDEIVSSOR.] Titius fideiuſſit pro me. iſte Titius fideiuſſor cõuẽtus dãnatus fuit. ego poſtea cũ creditore trãſegi. valet quidẽ tranſactio non ſolùm mihi, ſed etiã fideiuſſori: ſed Titius fideiuſſor cũ eſſet condẽnatus, trãſegit. nõ valet tranſactio ſi hoc fecit poſt. x. dies. ſed quod ſoluerit, retinebitur: in rẽ iudi. imò plus dico, ꝙ ſi fuerit ſuper alimẽtis trãſactũ: non valet trãſactio: & id quod ſolutũ eſt alimẽtario ab herede, cõputabitur in alimenta. & facit in vltimã partẽ. j̃. l. proxi. Viuia.

d *Appellare.* ſcilicet tunc cum tranſactio eſt interpoſita, vel aliter ſit dubium: vt infra eo. l. poſt rem.

e *Mox reus.* non intra triduum vel biduum: quia tunc etiã ipſe fideiuſſor poſſet appellare: & ſic tranſigere: cum ſit dubia: vt

A s̃. in princ. huius legis. Alij dicunt quòd intra triduum hoc fuit: & ſic habet per alium, quod per ſe habere non poteſt. prima placet: vt infra proximè probatur.

f *Diſſoluta.* per exceptionẽ tranſegit: quando nec appellauerat, nec appellare poterat.

g *Edictum.* à prætore.

h *Reſcriptũ.* à principe.

i *Imputetur.* ſic ergo quod nõ valet vt ago, valet vt valere poteſt. ſic. C. de lati. liber. tol. l. j. §. penul.

C*Vm.*] CASVS. Teſtamẽtum feciſti. mihi alimenta legaſti: volo trãſigere cum herede tuo. vtrũ poſſum ſine prætoris auctoritate, quia fortè parum præſens accipere poſſum? & prætor videbit vtrũ ſit tranſigendum, vel non. [HÆC ORATIO.] Dicitur hîc ꝙ quocumq; modo alimẽta alicui relinquantur, nõ poteſt tranſigi ſine prætore. [PLANE.] Si alimẽta relinquantur inter viuos: ſine prætore trãſigi poteſt. [SIVE.] In quocumq; tempore relinquantur alimenta, ſine prætore trãſigi non poterit. [SI INTEGRA.] Mihi. c. legaſti, vt ex illorum c. vſuris alar: & cum moriar, illa. c. reſtituere debeam. nõ potero ſine prætore tranſigere. [SED ET SI CERTA.] Planus eſt. §. iſte. dictum eſt ꝙ alimẽtarius non poteſt trãſigere ſine prætore. Illud verũ eſt quando ſperamus ꝙ conditionẽ ſuã deteriorẽ faciat alimentarius. ſi autẽ faciat meliorem: tranſigere poteſt alimẽtarius. qualiter autẽ ſuam conditionẽ poſſit facere meliorẽ: ponit hîc exempla. [NIHIL.]

D Dictum eſt. s̃. quòd alimentarius tranſigere non poteſt. verũ eſt, ſiue alimẽtarius ſit libertinus, vel ingenuus: ſiue ſit pauper, ſiue diues. vltimò dictũ eſt. s̃. ꝙ alimẽtarius trãſigere non poteſt ſine prætoris auctoritate. nũc videndũ eſt quid in cognitione prætoris vertatur. primò quidẽ inquiret prȩtor de cauſa propter quam quis trãſigere velit. & qualiter poſſit eſſe, ponit hîc plura exẽpla. Itẽ inquiret prȩtor quantũ velit dare heres ipſi alimẽtario nomine trãſactionis. nam plus iuueni quàm ſeni dandũ eſt. Itẽ inquiret prætor, vtrũ ſit bonæ vitæ alimẽtarius. Itẽ inquiret prætor de perſona heredis qui debet alimenta præſtare, qualis ſit qui trãſigit. dicitur hîc ꝙ ſi tranſigit alimẽtarius ſuper alimẽtis, non videtur trãſigere de veſtibus, nec de habitatione, ſed ſpecialiter de his trãſigere oportet. cætera plana ſunt. [SI VNI.] Legaui pluribus ſic alimẽta, Lego vobis fundũ, vt ex fructibus inde perceptis vos alatis. pro iſtis alimẽtis erat fundus obligatus. iſti alimẽtarij non

E poſſunt trãſigere ſine prȩtore: vt ſi vnus velit habere fundũ, dare alij pecuniã. nec poſſunt etiã ſine prætore vendere. Item ſi lego alicui alimẽta: puta. x. corbes vini: pro quibus obligaui ei vnum fundũ vt ex eo alimẽta præſtẽtur: dicitur hîc ꝙ liberatio pignoris ſine prætore fieri non poteſt. [ARBITRATV.] Dicitur hîc quòd ſi de parte, ſiue de toto tranſac. fiat, debet fieri auctoritate prætoris. [SI PRÆTOR.] Si alimẽtarius tranſigat prætore auctore: & prætor de nullo cognitionẽ habuit: vel habuit cognitionẽ, ſed nõ de omnibus: iſtis caſibus trãſactio nõ valet. Itẽ dicit quòd prætor alij hãc cognitionẽ delegare nõ poteſt. [TRANSACTIONES.] Fiſcus inſtitutus fuit à Titio: qui Titius mihi alimenta reliquit. dicitur hîc ꝙ ſi volo tranſigere cum fiſco herede: procu. Cæſaris debet cognoſcere. i. coram procuratore Cæſa. ſit trãſactio. Item pone ecõtra ꝙ procu. Cæſa. ſit inſtitutus à Titio: qui Titius mihi alimẽta reliquit. ſi volo trãſigere cũ procu. Cęſa. procu. fiſci cognoſcet inter me & procu. Cæſa. [SI CVM LIS.] Cum

UNED

VIII. IDEM *libro quinto de omnibus tribunalibus.*

CVm hi quibus † alimenta relicta erant, facilè tranſigerent, contenti modico præſenti: [a] diuus Marcus oratione * in ſenatu recitata effecit, ne aliter alimentorum [b] tranſactio rata eſſet, quàm ſi auctore prętore facta. Solet igitur prętor interuenire, & inter conſentientes arbitrari, an tráſactio, vel quæ admitti debeat. **B** Eiuſdem prætoris notio ob tranſactionem erit, ſiue habitatio, ſiue veſtiarium, ſiue de prædiis alimẽtum legabitur. Hæc oratio pertinet ad alimenta quæ teſtamento vel codicillis fuerint relicta, ſiue ad teſtamentum factis, ſiue ab inteſtato. Idem erit dicendum & ſi mortis cauſa donata fuerint relicta, vel ab eo cui mortis cauſa donata ſunt, relicta. [c] Sed & ſi **C** conditionis implendæ gratia relicta ſunt, [d] adhuc idem dicemus. [e] Planè de alimentis quæ non mortis cauſa [f] donata ſunt, licebit & ſine prętore auctore tráſigi. [g] Siue igitur in menſes ſingulos, ſiue in dies, ſiue in annos fuerint relicta: oratio locum habet. Sed & ſi non fuerint perpetuò relicta, ſed vſque ad annos certos, idem eſt. Si integra quantitas [h] alicui fuerit legata, vt ex vſuris eius ſe alat, & mortis tempore pecunias reſtituat: non ceſſabit **D** oratio, licèt non in annos [i] ſingulos videatur id relictum. Sed & ſi ſit certa quantitas relicta Titio, vel res, ita vt inde [k] alimenta Seio præſtẽtur: magis eſt vt tranſigere Titius poſſit. [l] Nec enim tranſactione Titij minuuntur alimenta [m] Seij. Idémque eſt & ſi per fideicommiſſum [n] alimenta ad hoc [o] legatario [p] fuerint relicta.

Tranſactio quæ fit ſine prætore, per quam conditio alimentarij fit deterior, improbatur. ſecus ſi melior. Bartolus.

Eam tranſactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, vt quis repræſentatam pecuniam conſumat. Quid ergo ſi quis citra prætoris auctoritatem tranſegerit, vt quod per ſingulos annos erat ei relictum, conſequeretur per ſingulos menſes? aut quid ſi quod per ſingulos menſes ei relictum erat, conſequeretur [q] per ſingulos dies? Quid deinde ſi quod cõſummato anno vt acciperet, [r] initio anni conſequatur? & puto eam tranſactionem valere: quia meliorem † conditionem ſuam alimentarius [ſ] tali tranſactione facit. Noluit enim oratio alimenta per tranſactionem intercipi. Nihil autem intereſt vtrum libertini ſint, quibus alimenta relicta ſunt, an ingenui: [t] ſatis locupletes, an minus. [u]

Nunc exponit quod dixerat in oratione, prætorem debere arbitrari. & breuiter hoc intendit: Vbi requiritur cauſæ cognitio, inquirendum eſt de modo, cauſa, & perſona. Bartolus.

Vult [x] igitur oratio apud prætorem [y] de iſtis quæri: in primis

Cum mihi eſſent alimenta relicta, egi cõtra aliquẽ heredem pro alimẽtis, cum negaret ſe teneri ad alimẽta. an poſſit ſine prætore tranſigi: quæritur. Et reſpon. ꝙ non poſſit: quia poſſet lis fingi vt fieret tráſactio. [SI EIDEM.] Titius mihi nomine alimentorũ x. corbes ſingulis annis reliquit. Itẽ in alia manu legauit mihi. x. denar. Bon. vt ſtatim mihi darentur. tráſegi ſuper alimentis, & ſine prætore: ſic non valet tranſactio. dicitur hîc quòd illa quę mihi dedit heres nomine tráſactio. imputabo in legata de. x. & ſi aliquid ſuperfuerit, imputabo mihi in legata alimẽta. [SI QVIS.] Si alimentarius tráſigat ſine prętor. nõ valet tráſactio. ideoque quod datum eſt mihi ab herede nomine tranſactio. in alimenta præterita computabo, nec aliqua differentia ſit tantum in quãtitate à te debita ex præteritis alimẽtis, vel plus; vel minus: quia ſi minus eſt, imputatur vſq; ad concurrentem quãtitatẽ id quod mihi datũ eſt in alimẽta pręſtita. [SANE.] Pone quòd mihi plus ſolutũ eſt quàm ſit quantitas præteritorum alimentorũ. hoc caſu tenebor ego alimentarius in id in quo factus ſum locupletior. & hoc ſi eſt minor: quia ſi maior, in ſolidũ tenetur. [SI IN ANNOS.] Hic. §. duobus modis conſueuit legi: & dicas vt in apparatu. Acc. [SI CVI.] Titius legauit mihi frumentũ: & ego accepi pro frumento pecuniam, vel vinum. vel legauit mihi pecuniam: & ego tranſegi vt præſtarentur mihi frumẽta, & alia grana. nunquid valet tranſactio his caſibus? Et reſpon. quòd non, ſi fiat ſine prætore, ſiue ſint annua, ſiue menſtrua. [SI AD HABITATIONEM.] Titius legauit mihi. x. vt darem pro hoſpitio mihi neceſſario: & tranſegi cum herede vt præſtet mihi domum ad habitãdum. vel ſi legauit mihi domum ad habitandum: & ego accepi aliquam pecuniam, valet quidem tranſactio, etſi fiat ſine prætore, his duobus caſibus. Viuianus.

† hinc ſumptum eſt ca. 1. de ali. leg. Duar.

* Senatuſconſulto cõſecrata. l. eleganter. ͞j. de cõdi. indeb.

Verſus.

a *Modico præſenti.* iuxta illud Claudiani: Omne futurum Deſpicitur, ſuadentque ſui præſentia fructum. Et illud vulgare: Ad præſens oua, cras pullis ſunt meliora. **E**

b *Alimentorum.* ſcilicet futurorum, ſed præteritorũ ſic: vt. C. eo. l. de alimẽtis. & hoc ſi in vltima voluntate ſint relicta. aliàs indiſtinctè poteſt tranſigi: vt. ͞j. e. l. §. planè. Item nunquid pactũ gratuitũ de his valet? Reſpon. non: ne inueniatur fraus: vt. ͞j. e. l. §. tráſactiones. verſi. ſi cum lis. ſed contra. C. de pac. l. pe. Sol. hîc in alimẽtis ſpeciale. Itẽ not. dici tranſactionẽ de his quæ certa ſunt, ſed impropriè. vel dic quòd licèt certa ſint quò ad hoc, quia ſingulis tẽporibus tantùm debẽtur: neſcitur tamen quantũ durent.

c *Relicta.* ſcilicet ſunt alimenta: qua donatione honoratus grauari poteſt: vt hîc, & infra de lega. ij. cum pater. §. j.

d *Sunt.* ab herede ſubaudi. vt inſtituo te heredem ſi illi dederis alimenta.

e *Idem dicemus.* quamuis legatarius hic dici non debeat: vt infra ſi quis omiſ. cau. teſta. l. ſi quis ſub conditione.

f *Mortis cauſa.* id eſt non in vltima voluntate.

**A** g *Tranſigi.* Not. plus ſubuenitur legatariis quàm creditoribus. Sed ar. contra. C. de iure deli. l. fi. §. licẽtia. & eſt ratio, quia fauorabiliores. ADDITIO. Tu dic quòd vbi creditores & legatarij concurrunt ad aliquid exigendum, magis fauetur creditoribus: quia tractatur de damno creditorum, & lucro legatariorum. in aliis magis fauetur legatariis, fauore vltimæ voluntatis. Et hoc voluit dicere gloſ. Iaſ.

Plus ſubuenitur legatariis, quàm creditorib⁹.

h *Si integra quantitas.* puta centum.

i *Annos.* & ſic videbatur ceſſare oratio, quæ loquitur quando in ſingulos annos vel menſes relinquuntur.

k *Vt inde.* in vi modi.

l *Poßit.* ſcilicet Titius cum herede.

m *Minuuntur alimenta Seij.* imò videtur cõtra: cum Titius non vltra teneatur quàm ad ſe peruenit: vt. ͞j. de leg. iij. l. j. §. ſciendum. & l. ſed & ſi. §. fin. Reſpon. totum ad ſe perueniſſe videtur: cum ſuper hoc tráſegerit: vt ar. ͞j. ad. l. Fal. l. iij. ij. reſpon. conſequitur ergo quis, ſcilicet heres per alium, quod per ſe cũ alimẽtario non poteſt. ſic. ͞j. de accept. & per iuſiurandũ. §. & ſi fideiuſſori. & ͞j. quæ res pig. ob. poſ. l. Ariſto. §. j. & de lib. leg. ſi is. ſecundum Io. ſed quid ſi hic Titius non habeat aliunde vnde poſſit alimẽta præſtare, niſi ex hoc legato, & hoc per tranſactionẽ remittat? Reſpon. ſi in fraudem alimentarij fuerit tranſactum, locũ habet Pauliana: vt. ͞j. de vſur. l. videamus. ij. §. in Fauiana. aliàs de iure cõmuni nulla eſt actio: vt. ͞j. ſi quid in frau. pa. l. j. §. j. & eſt ar. huius diſtinctionis. ͞j. de le. ij. ſi ſeruus pluriũ. §. ſi quis ante. verſi. quid tamẽ. ſed hîc fortè non tenet in pręiudiciũ alimẽtarij: quia per conſequentiã deminuerentur alimenta: quod oratio noluit: vt. ͞j. eo. l. §. eam tráſactionẽ. verſi. quid ergo ſi quis. in fi. §. & ar. C. de vſu. rei iu. l. fi. §. fi. & hoc ſi de eadẽ re ſint relicta. quid ergo ſi nõ de eadẽ re? reſpõ. nec tunc valet tráſactio: vt. ͞j. de adi. le. l. modus. & de ali. leg. Gaio. in prin. & ͞j. e. l. §. ſi vni. ver. idẽ eſt.

† Alimentari⁹ ſine prætore poteſt ſuam conditionem meliorem facere, Limita ſingulariter vt per Barto. in §. ſi prætor. ͞j. ea. l.

n *Fideicommiſſum.* ſcilicet in vi modi.

o *Ad hoc.* quidam habent, ab hoc: & alij ad hæc.

p *Legatario.* vt alij præſtentur: vel vt alij præſtent, ſecundum aliam literam.

q *Conſequeretur.* ſcilicet pactus eſt.

r *Acciperet.* ſcilicet ei relictum.

ſ *Alimentarius.* Facit arg. quòd ſi vendit Eccleſia vel minor in cauſam non conceſſam, quòd tenet ſi fecerit conditionem ſuam meliorem: vt. ͞j. de reb. eo. ſi fundus ſit ſterilis. & C. pro empt. l. fin. & inſtit. de aucto. tu. in princ.

t *An ingenui.* ſic. ͞j. de condic. furti. l. parui. & ͞j. de inſtito. l. ſed & ſi quis. §. parui. & in authen. de mona. §. j. col. j. Quid de ſeruis? idem arg. vt. ͞j. de ali. leg. l. ſeruos. quod eſt ſpeciale. aliàs etiam cum prætore eius pactum non tenet: vt. ͞s. tit. j. & heredi. §. quod ſi ſeruus. & l. contra. §. filius.

u *Minus.* contra. ͞j. ea. l. §. ſed & perſonarum. Sol. vt ibi.

x *Vult.* quia cauſa cognita prętor debet de his ſtatuere. igiť, &c.

y *Apud prætorem.* & à prætore.

UNED

a *Tranſigentium*. & cum quá tranſigitur: vt. ȷ̃.eo.§.in perſona.

b *Audiet prætor*. ſine cauſæ aſſignatione non [a] auditur: vt hîc, & arg. ȷ̃. de leg. j. filiiusfa. §. diui. & ȷ̃. de infa. l. ij. §. ignominiæ. & eſt hic arg. vt teſtis cauſam ſui teſtimonij dicere debeat: [b] vt. C. de teſti. l. j. & in authen. de teſti. §. & licet. colla. vij.

a] Vnde hec exceptio, tu non allegas cauſam: impedit proceſſum. Bal.

b] Hoc verũ ſi interrogatur. Bal.

c *Alter eorum*. ſic ergo videtur quòd alimenta ibi ſint petenda & præſtanda, vbi heres domiciliũ habet. alias fruſtra hæc cauſa allegaretur. & eſt arg. pro hoc de an. lega. l. j. & l. Mæuia. §. vxore. Sed arg. cõtra. ȷ̃. de ope. lib. quod niſi. in fin. ſed ibi ſpeciale. vel ſi velis dic quòd ſunt pręſtãda vbi alimẽtarius habet domiciliũ. ſed ideo poſſet trãſigi, quia poſſent in itinere deperire quando mitterẽtur. Itẽ ſunt petenda vbi habuit teſtator domiciliũ: & vbi eſt maior pars hereditatis, & vbi teſtator dixit, vel veriſimile eſt eum voluiſſe: vt. ȷ̃. de iudi. ſi fideicõmiſſum. in princ. & §. ſi. & l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi libertus. Accurſius.

d *Et minutatim*. particularis ſolutio eſt dãnoſa: vt hîc, & infra familiæ erciſcun. l. iij. j. reſpon. & ȷ̃. de ali. & ciba. le. l. iij.

e *Modus*. ſcilicet magnus, vel paruus. Acc.

f *Fides*. qualis qualis, non vt ei ſoli ſit ſtandum: & ſic non eſt cõtra. C. de reſcin. vendi. l. dolus.

g *Cum iuuene*. & ſic æſtimabitur fortè ætas ſingulorum: vt dicitur infra ad. l. Fal. l. hereditatum.

h *An ſequioris*. id eſt tales qui ſequuntur alios ſemper vt victum habeant, & ſic pendet eorum vita de alimentis, vt nil quærere per ſe ſciãt. & ſic not. quòd habetur perſonarũ delectus. Sed contra. ſupra ead. l. §. nihil. Sol. ibi dicit quando ſine prætore fieret: hîc quando cum prætore, qui de his inquiret.

†Sic Florẽtiæ, nec aſſentior Duareno, emendare conanti certam lectionem in ſegnioris. Contius. Hãc lectionem & Cuiacius probat. li. I. obſ. cap. 3.

i *Facultatibus*. facultas inſpicitur, & propoſitum, ſcilicet an ſint futuri clerici, vel laici, vel ſimiles. ſic & ȷ̃. de teſti. l. iij. in princ. & ſupra de adopt. nec ei. §. eorum. verſi. & primum. & infra de re mili. l. non omnes. §. à Barbaris. & infra de quæſtio. l. de minore. §. fin. & ȷ̃. de teſta. tu. l. teſtamento. ij. §. penul. & §. fin. & infra de accuſa. ſi cui. §. iiſdem. Accurſius.

k *Neque de veſtiario*. & ſic appellatione alimentorum hæc non continentur. ſed contra. ȷ̃. de ali. & cib. leg. l. legatis. & l. fin. Sol. fauor alimentorũ facit, vt eorum appellatio cum de his præſtandis tractatur, largius accipiatur: vt ibi dicitur. hîc vero de his finiendis per trãſactionem agebatur, vnde ſtrictius accipitur. arg. ȷ̃. de li. & poſthu. l. cum quidã. in fi. vel hic loquitur cum alimẽta & veſtiariũ & habitatio ſpecialiter legata ſunt. vnde de vnoquoque ſpecialiter eſt tranſigendũ. vbi vero intelliguntur relicta ſub illo verbo alimentorum: cum eſt tranſactum de alimentis, & de his tranſactum videtur. arg. C. ſi pen. ap. mors interue. l. iij. Similiter verbo victus, omnia continentur: vt infra de verb. ſignifi. l. verbo victus. ſed aliud in verbo cibi vel diarij, ſub quo hæc non continentur: vt infra de ali. leg. l. diariis. & l. ſeq.

de cauſa tranſactionis: dein de modo: tertiò de perſona tranſigentium. [a] In cauſa hoc erit requirendum, quæ cauſa ſit tranſigendi. Sine cauſa enim neminem tranſigentem audiet prætor. [b]

d *Poena*.regulam ponit quam poſtea reſtringit.

e *Debuit*.pone exemplum in eo qui ſeruum tradidit caſtrãdum: qui in dimidia parte bonorum punitur: vt infra ad legem Corne.de ſic.l.is qui ſeruum.Item in eo qui exercuit cauſam criminalem intra duos annos,& non compleuit:quia in quarta parte bonorum punitur:vt. C. vt intra cert.tem. cri. quæſt. ter.l. j. & ij.& hæc vera ſunt quando hoc fuit expreſſum quòd pro pecuniaria pœna imponat corporalem:alioquin vtraque imponeretur ſi tale eſſet crimẽ ex quo vtroque modo poſſet agi:vt in exẽplo.C.de epi.audi.l.nemo.ij.Itẽ in pœna ſtupri:vt inſti. de pub. iudi.§.item lex.in fin.§.& ita eſt mirabile quòd hic in alio damnatur quàm actum eſt.

f *De exiſtimatione*. ſcilicet conſeruanda. & dic tranſact. vt ſicut tranſactione facta liberatur quis à debito: ita ab infamia duriori eximitur ſententia.non tamen ſpeciem tranſactionis per omnia tenet.nam per tranſactionem notatur: vt ſupra eo. athletas. §.fi.cũ hic euadat.Sed hîc non ſuper delicto, ſed ſuper fama videtur tranſactum.vel dic tranſactũ videtur cum prætore:& ideo non notatur:vt.s̃.eod.l.ſi.furti.§.qui iuſſu.

g *Non conſeruaſſe*.imò videtur quòd ſic:vt.C. eo.l. furti. quæ eſt contra.Solu.hîc deliquerat:ibi non, ſed tantùm res furti. penes eum deprehenſa fuit:vnde furti concepti ibi fuit damnatus durius quàm debuit:& ſic fama eius ſeruatur.ſed Irne. & Pla. hanc reprobant:quia hæc actio furti concepti hodie ſublata eſt:vt inſtit.de obli.quæ ex delict.naſ.§.conceptum.verſic.ſed hę.alij dicunt,vt M.damnatum furti ita demum infamem eſſe, ſi iuſtè ſit dãnatꝰ:aliàs licet quò ad cauſam de qua agitur, ſibi præiudicet: nõ tamen quo ad famam:vt ibi:& argu.infra de publi.iud.l.generi.ſed certè illud ſpeciale eſt in patre.ſecus in aliis:vt hîc, &.j̃. de fur.non poteſt.Tu dic quòd in.l.contraria fuit propoſita rei vin.vel actio ad exhi.in qua delato ſacramẽto in litem fuit multo plus iuratum quàm veritas eſſet.ſic enim lata ſententia ſecundum iuramentum non infamat.

h *Eum*. quem actori in pecunia debuit cõdemnare. ſed in primo caſu fiſco.

Iudex an poſſit pœnã augere vel minuere.

i *Onerasset*. Sed quomodo poteſt pœnam iudex deminuere vel augere,cum ex legis hoc pendeat poteſtate:vt infra ad Turpil.l. j §.ſin autem.& ad muni.ordine.circa prin? Reſpon. hoc verum eſt poſt ſententiam. ſed in ipſa ſententia poteſt vel minuere ratione fortè iuuentutis vel ſenectutis,vel quia ſine dolo deliquerat:vt infra de pœ.ſi quis aliquid.ij.§.inſtrumẽta.&.l. abſentem. §.fi.&.l.reſpiciẽdum.§. delinquunt. & infra de mino. auxilium. §.j.& infra ad leg.Cor. de Fal.l.j. §. fina.& infra ad leg. Cornel. de ſic.l.iiij.§.j.Vel augere : vt cum multis graſſantibus opus eſt exemplo:vt infra de pœ.l.aut facta.§.fi. Itẽ qualiter in extraordinariis poteſt augeri vel minui,cum nulla ſit per legem ſtatuta certa? Reſpon.referas te ad id quod fieri ſolet ex cõſuetudine de tali crimine:quod cum exceſſeris,dicaris augere vel minuere: vt argu.infra de dam. infec. ſi finita. §. j. Et vt hoc plenè habeas, dic quòd pœna pecuniaria aucta vel minuta ĩfamia non aboletur; multò magis non minuitur ſi ꝓ corporali infligatur pecuniaria, ſed ſi pro pecuniaria imponatur corporalis, ſine diſtinctione remittitur infamia, vt hîc & infra de pœn. in ſeruorum. §. finali. ſed ſi pro corporali imponitur corporalis: aut maior,& tũc remittitur ĩfamia:vt infra de decur.l.ad tẽpus. & ad munic.l.ordine.in prĩ. aut minor:& tũc ſi cauſa cognita, remittitur infamia:vt.C.eo.l.& ſi ſeuerior.&.l.ſi Poſidonium. ſi ſine cauſæ cognitione, non remittitur : vt ſupra ea. l. §.quãtum.Si quæras an interim dũ patitur maiorẽ pœnã vel minorẽ,tamẽ cauſa cognita ſit infamis? Dico quòd ſic:ſi pœna ad certũ tẽpꝰ imponatur : vt prædicta. l.& ſi ſeuerior. ibi, ex tranſacto tẽpore &c. ſi verò damnatus ſtatim ſubeat pœnam : puta pro pecuniaria fuſtigetur:nec interim eſt infamis : vt in argu. contra infra de pœ. l. in ſeruorum.§. fi. Sed ſi quæratur an relegatus vel ab ordine motus veterem recuperet honorem, vel ad nouum aſpiret? Diſtinguo, quia aut ex damnatione perpetua perpetuam ſubit infamiam:quod ex prædictis colligi poteſt: aut temporalem. ſi perpetuam,ad nullum aſpirabit honorem:licèt contradicere videatur infra de decu.l.generaliter.ij.& iij.reſpõ.ſed dic quòd ibi loquitur vbi cauſa cognita minuta fuit pœna:& ſic infamia. & ſic reſpondebis ei quod eſt infra ad.l.Cor.de fal.l falſi.§. ordine.nã ibi ex eo crimine damnatus fuit quod perpetuam irrogare poteſt infamiam.Si temporalem, interim dum eſt infamis non aſpirat:ſed tempore tranſacto ad nouum non aſpirabit : niſi tantum temporis expectauerit quantum caruit dignitate propter pœnam:vt infra ad munic.ordine.& de decu.l.ad tempus.&.C. de his qui in exi.dati.l.ij.lib.x.Sed ſi veterẽ velit recuperare: aut vacat,aut non,ſi nõ, veterem non recuperat. & ſunt hæc vera in relegato,& ab ordine moto.ſi autem vacat:aut fuit hic relegatus,aut ſimpliciter ab ordine motus.primo caſu noua electione admittitur.ſecundo ſcilicet ſi remotus ab ordine ſuo, iure recuperat:vt infra de decu.l.ij.

† Ang.& do.Ale.de imo.in.l. Iulianus. in antepe.col. ff.qui ſatiſda.cog.reputãt iſtum tex. ſing. ad hoc propoſitũ quòd licet aliàs per mutationẽ perſonę pro curatoris annulletur ſatiſdatio: vt in. l. ſi autem.ff. iud. ſol. cum no. ibi. ſecꝰ quãdo interuenit,& eſt actio famoſa.Bol.

non manifeſto in duplum conueniri debuit. verum hanc rem exiſtimationem ei non conſeruaſſe: [g] quamuis ſi in pœna non pecuniaria eum [h] oneraſſet [i], tranſactum cum eo videtur. Crimen ſtellionatus infamiam irrogat dãnato, quamuis publicum [k] non eſt iudicium.

Licet quis dãnetur ſuo nomine,& ex ſuo facto ex inſtãtia cœpta cum alio,non erit infamis.

XIIII. PAVLVS *libro quinto ad Edictum.*

SEruus † cuius nomine noxale iudicium dominus acceperit, deinde eundem liberum & heredem inſtituerit : ex eodem iudicio damnatus, non eſt famoſus : quia non ſuo [l]

k *Publicum*.imò eſt priuatum:vt hîc, & infra de cri.ſtel. l. j. ſed videtur quòd non infamet:vt infra de cri.ſtel.l.ij. quæ eſt cõtra. Sol.ibi dicit ipſo iure non infamare. hîc dicit infamare per ſententiam ſecundum M.& Bul.Sed tu dic ſecundũ Io.diſtinguendum an cri.ſtel. deſcendat ex cauſa ex qua quis ciuiliter damnatus infamatur,vt ex dolo:vt.j̃.de cri.ſtel.l.iij.vt patet per multa exempla infra de dolo.quo caſu infamat, vt hîc.an non infamaretur ciuiliter condemnatus : & tunc nec de hoc crimine damnatus infamatur, vt in locũ contrariæ pigneraticiæ actionis : vt infra de pign.act.tutor.§.contrariam. & tunc hoc non infamat: vt in.l.contraria.& probatur hæc ſolutio infra de public. iudic. l.infamem.Accurſius.

SEruus.] CASVS. Nomine ſerui mei Stichi me noxaliter conueniſti:& lite conteſtata mecum,deceſſi:& illum ſeruum mihi heredem inſtitui.& cum eſſet heres meus,proſecutus fuit cauſam,& condemnatus etiam. an efficiatur infamis, quæritur. Et reſpon.quòd non infamatur.Viuianus.

l *Non ſuo*.ſed defuncti. & eſt bona ratio : vt ſupra eo. l. furti. §. ſi quis alieno.cõtra enim videbatur: quia propter ſuum factum fuit damnatus:vt infra mand.l.Papinianus. ſed & cum illa erat acceſſoria, & ſua erat principalis, videtur domini obligatio extingui:vt infra de fideiuſ.l. generaliter. Reſpon. quidam, hîc vtraque eſt principalis,vnde nulla tollitur:vt.j̃.de duo.re. ſi duo. Sed tu dic quòd hîc principalis erat naturalis tantum.vnde non

tollitur

tollitur:vt infra de fideiuſſ.heres.§. quod ſi hic ſeruus. Sed nónne & hic ex ſua perſona poterit conueniri, & erit infamis? Dic quòd ſic: vt inſtitut. de noxa. §. omnis autem. ſiue non fuit aliquid inchoatum contra dominum: ſiue fuit, & velit dimittere. ſed vtraque non poteſt, cui dentur ad idem.

nomine condemnatur: quippe cum initio lis in eum conteſtata non ſit.

Ea quæ non eſt prægnans, ſi vt prægnans per calumniam in poſſeſſionem mittatur: per ſententiã infamatur. Bart.

XV. VLPIANVS *libro octauo ad Edictum.*

NOtatur, quę per calumniam ventris nomine in poſſeſſionem miſſa eſt, dum ſe adſeuerat prægnatem,[a]

XVI. PAVLVS *libro octauo ad Edictum.*

CVm non prægnas eſſet, vel ex alio concepiſſet:

XVII. VLPIANVS *libro octauo ad Edictum.*

DEbuit enim coërceri,[b] quæ prætorem decepit. Sed ea notatur, quæ cùm ſuæ poteſtatis eſſet, hoc facit.[c]

Pœna infamiæ imponitur ratione calumniæ, non ratione erroris: quod tene menti. Bald.

XVIII. GAIVS *libro tertio ad Edictum prouinciale.*

EA quę falſa exiſtimatione decepta eſt: non poteſt videri per calumniam in poſſeſſione fuiſſe.

XIX. VLPIANVS *libro octauo ad Edictum.*

NOn alia autem notatur, quàm ea de qua pronunciatum[d] eſt calumniæ cauſa eam fuiſſe in poſſeſſionem miſſam. ídque & in patre erit ſeruandum, qui calumniæ cauſa paſſus eſt[e] filium quam in poteſtate habebat, in poſſeſſionem ventris nomine[f] mitti.

Verba iudicis vituperoſa, cauſa cognita non prolata infamiam non irrogant.

XX. PAPINIANVS *libro primo Reſponſorum.*

*NOtatur.*] CASVS. Berta ex viro ſuo mortuo ſe prægnãtem dicebat, & bene ſciebat quòd pręgnans nõ erat. ſi quidem conueniatur act. in factũ ab his quorum intereſt, & cõdemnetur, & ipſam calumnię cauſa in poſſeſ. miſſam iudex pronunciet, erit infamis: quia calumnioſè miſſa fuit in poſſeſ. Hæc vera ſunt ſi fuit ſui iuris. Sed pone quòd credebat ſe eſſe prægnãtem cùm non eſſet. hoc enim caſu non erit infamis. Idẽ in patre ſi pater patiatur filiã mitti in poſſeſ. nomine ventris & calumnioſè: erit pater infamis ſi condemnetur.

18. cauſa infamiæ.

a *Prægnantem.* ſciens ſe non eſſe prægnantem: vt.ĵ. ſi mulier ven. no. ĩ poſ.l.j. §. per calũniã.

b *DEbuit enim coerceri.* non vi, ſed actione in factũ quanti interfuit eius qui experitur. ſed ſi filiusf. ſit, dabitur inquantum ad patrem peruenerit: vt ĵ. ſi mu.ven.no.in poſ. l.j.§.j. vſque in fi.l.&.l. ſeq.in fi. Et not. hîc nõ impunè prætorem decipi: vt hîc, &.ĵ.de interrog.actio. de ætate. §. qui tacuit. in fine. §. Accurſius.

Prætorẽ fallere nõ licet.

c *Fecit.* ſi enim in poteſtate fuit, tunc dic vt ĵ.l.non alia.

d *NOn alia. Pronunciatum.* non enim ſufficit calumniatum, niſi & ſit pronunciatum: vt hîc, &.ſ̃.eo. l.athletas.§. calumniator.

e *Paſſus eſt.* Not. patiẽtiam haberi pro præcepto. vnde dicit canon, negligere cùm poſſis perturbare peruerſos &c.& ad hoc.ſ̃.eo.l.liberorum.§.fi.

Patiẽtia pro præcepto habetur.

f *Nomine.* ſed ipſa videtur excuſari cùm pater iubet: non tamen cùm patitur: ar.ſ̃.eo.l.liberorum.in fi. Accurſius.

*OB hæc*] CASVS. Si tua inſtigatione accuſem aliquem, quia tu dixiſti mihi, quare non accuſas talem? ſi quidem accuſare incepi, & tu condemnaris de inſtigatione tua, non eris infamis: ſed tua opinio quoquo modo grauatur. Viuianus.

g *Sententiæ.* vel definitiuæ, vel etiã interlocutoriæ: vt in fi.l.not.

h *Irrogari.* imò dãnatus ex inſtigatione eſt infamis ſicut ipſe accuſator: vt.ĵ.ad Turpil.l.j.§.incidit. quæ eſt cõtra. Sol. hîc interlocutoriè fuit dãnatus, & ſine cauſę cognitione: ibi definitiuè, & cũ cauſæ cognitione: vt.ſ̃.e.quid ergo.§.quantũ.&.C.e.l.verbũ. &.l.interlocutio. Alij dicunt, non notatur inſtigator. ſ. ex verbis ſenatuſcõ. Turpil. vt hîc: ſed ex ſentẽtia ſiue mẽte ſic: vt ibi dicit. Vel dic, mãdator indiſtinctè tenetur, ſed inſtigator ita demum ſi dat probationes, & inſtituat libellum accuſatoris, & promoueat accuſationem: non aliàs: vt hîc ſubiicit, & in.l.contraria. Accur.

i *Exhortatur.* Not. qui exhortatur, nõ mandat: vt hîc. qui monet, A non mandat: vt.ĵ.man.idémq;.§.ſi quis. Itẽ qui cõmendat, non mandat: vt.ĵ.eo.titu.ſi verò non remunerandi.§.cùm quidã. qui perſuadet, non mandat: vt.ĵ.depoſi.l.j.§. idem Pompo. qui conſulit vel permittit, non mandat: vt.ĵ.de leg.ij.cùm pater.§.mãdo filiæ. qui demonſtrat, vt proxeneta, non mandat: vt.ĵ.de proxeneta.l.ij. Accurſius.

Mandare non videtur qui exhortatur & monet.

OB hæc verba ſentẽtiæ[g] præſidis prouinciæ, *Callido commento videris accuſationis inſtigator fuiſſe:* pudor potius oneratur, quàm ignominia videtur irrogari[h]. non enim qui exhortatur,[i] mandatoris opera fungitur.[k]

Duas lecturas habet. ſecundum B primam. h.d. Si fides atteſtationibus non eſt habita, nõ quia teſtes falſum dixerunt, teſtes non infamantur. h.d. Sed ſecundum aliam lecturam ſumma ſic. Sententia lata cum producente falſos teſtes, non poteſt teſtibus infamiam irrogare. Bartolus.

XXI. PAVLVS *libro ſecundo Reſponſorum.*

LVcius Titius crimen[l] intendit Gaio Seio, quaſi iniuriam paſſus: atq; in eam rẽ teſtationẽ[m] apud præfectum prætorio recitauit. C præfectus fide non habita teſtationis. nullam iniuriam Luciũ Titium paſſum eſſe à Gaio Seio pronunciauit. Quæro, an teſtes quorum teſtimoniũ reprobatũ[n] eſt, quaſi ex falſo teſtimonio inter infames habentur. Paulus reſpondit, nihil proponi cur hi de quibus quæritur, infamium loco haberi debeant:[o] †cùm non oportet ex ſentẽtia ſiue iuſta ſiue iniuſta pro alio habita, alium prægrauari.[p]

Breuiter. h.d. ſecũdum primam lect. Executio pœnæ corporalis D ex cauſa famoſa, infamiam irrogat: licèt ſententia non præceſſerit. h.d. ſecundum aliam lectionẽ hoc intendit. Si in executione imponitur pœna corporalis, pro pecuniaria infamia nõ remittitur. B.

XXII. MARCELLVS *libro ſecundo Publicorum.*

ICtus fuſtium[q] infamiam non importat: ſed † cauſa propter

k *Fungitur.* Not. aliud exhortari: aliud mandare: vt hîc, &.ĵ.man. l.ij.§.vlti.& de tut.ſi filiusfam.in fi. Sed argu. contra.ĵ.de ſer.cor.l.j. §.perſuadere.

&l. 1. §. perſuadere.ĵ.de ſeruo corru.

*LVcius.*] CASVS. Accuſaui te de iniuria, & induxi duos teſtes, & apportaui ſcripturã ĩ qua ſcripti erãt illi teſtes ad probandũ. ſi quidem illi ſcripturę vel illis teſtibus nõ credatur, & repellãtur: an efficiãtur infames: quęritur. Et reſp. ꝙ nõ. Vi.

l *Crimen.* i. criminalem accuſationẽ iniuriarũ.

m *Teſtationem.* i. ſcripturam comprehendẽtem dicta teſtium.

n *Reprobatũ eſt.* expreſſè: vt quia dixit, nõ adhibeo eis fidẽ: quia falſi ſunt. Vel tacitè, vt quia eorũ dicta nõ ſecut⁹ eſt

o *Debeant.* ſed quare non, cùm ſiue expreſſè ſiue tacitè ſint reprobati, habeãtur pro falſis: vt.C.de fid.inſtru.l. fi.§.fi.&.ĵ. de procu.l. Põponius. §. ſed & is. in fi.§.&. C.de or.cog. l.fi. de hereditate. quæ ſunt argu.cõtra? Reſp. potuit eſſe quòd non adhibuit fidẽ: nõ quia eſſent falſi, ſed quia nõ dixerũt planè factum. Vel dic[a] ꝙ licèt quis periur⁹ ſit expreſſè vel tacitè habitus, non ſequitur tamen quòd ſit infamis: vt hîc. Sed cõtra: vt.C.de tranſact.l. ſi quis maior. vbi dicit periurũ infamem. Sed diſtingue cùm quis iurat: ſi quidẽ de præſenti vel de præterito, puta rem ſuã eſſe vel fuiſſe: & tunc nõ notatur: vt colligitur ex duabus legib. vt.ĵ.de cri.ſtel.l.ij.in fine. Sed arg. contra in authen. vt lic.ma.& auiæ .§.quia verò.verſi. quod autẽ à nobis.colla.octaua.& arg.in authen. vt lit.iu.§. ſi quis autẽ liti- E gantiũ.colla.nona. ſed in authen. nõ dicitur quòd ſit infamis: ſed tamẽ punitur. aliàs pro periurio hic nõ punitur quo ad infamiã. & in hoc eſt contra. Si autẽ de futuro quidem iurat, non ſit infamis, niſi & contra ſacramentũ & contra pactionem veniat: puta iurauit quid ſe daturum vel facturũ: vt in.l.contraria, ſi quis maior. alioquin ſi iurat quòd hodie comedet carnes: non ita. Sed ſi quæras an omnis periurus repellatur[b] à teſtimonio? Dico quòd ſic: quia præſumitur & aliàs facilè peierare: vt.ĵ.de accuſa.ſi cui. §. iiſdẽ.& de ſena.l.Caſſius.& in Lombarda in ti.de teſti.& adde quod no.C.de nup.imperialis.§.præſenti.in glo.omni macula.

†Cõcor.gl. vnica ĩ prin. in ca.ſuper eo.de electio.

a] Bal.hîc reputat iſtam gloſ. meliorem de iure ad hoc an & quando periurus ſit infamis: & quãdo. non de quo tu vide gl.no. in.c.quicunque. & in.c. infames.3. q.7.Bart. & oẽs in.l. ſi quis maior.C.de tranſa.Bo.

†Id eſt, crimen. ſcilicet ſi fuit crimẽ publici iudicij.

b] Concor.c. teſtimoniũ. extra de reſti.

p *Prægrauari.* ad plenum præiudicium: fit tamẽ qualequale præiudicium: arg.ĵ.de ap.l.ſententia. quæ eſt contra.

q *ICtus fuſtiũ.* Pone caſum in fure ducto ad prętorẽ, qui fuit iuſſus verberari ſine cauſę cognitione: & ſine ſentẽtiæ definitiuæ prolatione: quia deprehẽſus erat in facinore ab officialibus: vel erat notoriũ: vel ipſe extra iudiciũ confitebatur. talis quidem

UNED

ictus non facit eum infamem:ſed cauſa propter quam paſſus eſt ictum,ſimul cum ictu: ſi tamen ſit talis ex qua damnatus vel pactus fieret infamis:vt fit in furto:vt hîc.&.C.e.fuſtibus.&.ſ̃. eo. athletas.§.fin.extra iudicium ideo dixi,quia ſi in iudicio confiteretur ordine iudiciario conuentus vel accuſatus, ipſa confeſſione eſſet infamis: vt ſ̃. eo. quoniam. & arg.j̃. de interrog.actio.l.j.in fi.non tamen pro condemnato habetur:imò dāda eſt ſentētia: vt. j̃. de cuſt. reo.ſi cōfeſſus. Itē poteſt poni in cri. ſtel. quod quādoq; ex actione famoſa deſcendit:vt ex dolo. vt.j̃.de dolo..&.j̃.ſi legatarius de cri.ſtel.l.iij.in princ. hoc ergo caſu verberatus ex ea cauſa,erit infamis,non ex ictu, ſed ex cauſa vnà cū ictu. Sed videtur quòd huiuſmodi ictus non infamet:vt.C.eo.l.nullam. quæ eſt contra. Solu. ibi non ſuberat cauſa: imò fiebat ibi quæſtio vt veritas erueretur: vt in.l.j.C.eod.titu.hîc in pœnæ impoſitione ob delictum aliquod. Et ita eſt hic caſus vbi ex genere pœnæ quis infamatur. Et ſic not. quòd quandoque infamatur quis per ſententiam:quandoq; ipſo iure: vt.ſ̃.l. j. quandoque ex genere pœnæ: vt hîc.ſi autem de publico iudicio quis damnatur, infamis eſt: vt.j̃.de pub.iudic.l.infamē.niſi in caſu: vt.j̃. de pub.iud.l.fi.Itē poteſt intelligi hæc lex in damnato actione furti,& poſtea verberato: quia verbera non faciunt infamem, ſed ſententia prius lata. Item eſt contra.huic.l.ſ̃.tit.j. imperator. in eo quòd hîc dicit inſpici cauſam propter quam ictus imponitur.Solu.ibi grauior eſt pœna impoſita quàm debet: & ideo eo reuerſo non habetur diſtinctio pro quo crimine ſit exilium irrogatum:ſed vbi non grauior,habetur diſtinctio ſecundum quoſdam:vt hîc.Item contra. j̃.de var.cog.l.pen.Solu.vt ibi.Accurſius.

Infamatur quis quandoque per ſententiam, quandoque ipſo iure.

A quam id pati meruit, ſi ea fuit, quæ infamiam damnato irrogat. In cæteris quoque generibus pœnarum[a] eadem forma ſtatuta eſt.

XXIII. VLPIANVS *libro octauo ad Edictum.*

Parentes & liberi vtriuſque ſexus,necnon & cæteri adgnati vel cognati, ſecūdum pietatis rationem, & animi ſui patientiam, prout quiſque voluerit[b], lugendi ſunt. Qui autem eos non eluxit, non notatur infamia.

Infamia contracta in ſeruitute, aboletur per libertatem. Bald.

XXIIII. IDEM *libro ſexto ad Edictum.*

Imperator Seuerus reſcripſit, non obfuiſſe mulieris famæ eius quæſtū in ſeruitute factum[c].

XXV. PAPINIANVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

Exheredatum quoque filium luctum habere patris memoriæ, placuit.[d] Idémque & in matre iuris eſt, cuius hereditas ad filium non pertinet. Si quis in bello ceciderit[e], etſi corpus eius non compareat,lugebitur[f].

a *Generibus pœnarum*.quod dixi in pœna ictus,idem in ſimilibus.

b *Parentes.Voluerit*.eſt ergo talis luctus voluntatis, & non neceſſitatis.Azo.vt hîc,&.ſ̃.eo.l.liberorum.j.reſpon.

*Imperator.*] CASVS Si aliqua mulier fuit meretrix in ſeruitute: ſi facta libera caſtè viuat,non nocet ei meretricium factum in ſeruitute.

c *Factum*. non omne punitur illicitum. Ioan. Item.ſ̃.eo.Athletas.§.Pomponius.contra.Sol.vt ibi.

*Exheredatum.*] CASVS. Filius ſi exheredetur à patre,vel ad eū hereditas paterna non peruenit: caſu vtroque filius lugebit patrem & matrem: ſed ſecundum ſui animi motum: non enim cogitur. [SI QVIS.] Si maritus alicuius mulieris moriatur in bello:lugendus erit ab vxore.

d *Placuit*.pro motu animi ſui:vt.ſ̃.eo.l.parentes.

e *Si quis in bello ceciderit*.qui per gloriam viuere intelligitur:vt inſti.de excuſatione tut.in prin.Accurſius.

f *Lugebitur*.ab vxore.

## DE PROCVRATORIBVS & defenſoribus.
### TITVLVS III.

*Ex his qui pro aliis poſtulant, quiq; damnati famoſo iudicio, non laborant infamia, procuratores & defenſores ſunt. ideoq; non male hic titulus ſuperioribus adnectitur. Procurator poſtulat pro actore eius mandato & rem in iudicium deducit, Defenſor pro reo.l.ſi mater.§.hoc iure. De exc. rei iud. Et ille ſatiſdat de rato niſi conſtet de mandato, hic iudicatum ſolui etiam ſi conſtet de mandato, & de rato quoque nonnunquam. Cuiacius.*

DE PROCVRATORIBVS ET defenſoribus.

*Quia procuratores ſimiles poſtulatoribus ſunt: ponit de procuratoribus poſt titulum de poſtulando. Sed quid differt hic titu.ab illo mandati infra? Reſpon.in duobus: quia hîc de procuratore ad iudicia loquitur: niſi in quibuſdam legibus:vt infra eò.l.procurator qui.& .l.ſequen.ſed ibi loquitur ad negotia. Item hîc de officio procuratoris: ibi de actione mandati principaliter: licet & hîc de actione, & ibi de officio ſecundariò quandoque mentionem faciat.*

Primò ponit quid ſit procurator.ſecundò, ad quæ poteſt conſtitui procurator. tertiò, ad quid eſt vtilis.quartò,qualiter cōſtituatur procurator. quintò,per quem conſtituatur. ſextò, quis cōſtituatur procurator. ſeptimò ponit de effectu conſtitutionis procuratoris.ſecūda ibi, procurator autem. tertia ibi, vſus autē. quarta ibi, dari autē.quinta in. l.filiusfa.§.1.ſexta in.§. ipſe quoque. ſeptima in.§. procuratorem. & de illa vlti. tractatur vſque ad finem titu.

B

I. VLPIANVS *libro nono ad Edictum.*

Procurator[g] eſt, qui aliena[h] negocia mādatu domini adminiſtrat. Procurator autem vel omnium[i] rerū,vel vnius rei eſſe poteſt,conſtitut⁹ vel coràm, vel per nūciū[k], vel per epiſtulā: quamuis quidam (vt Pōponius libro vicēſimoquar-
C to ſcripſit)nō putēt vnius rei mādatū ſuſcipientē procuratorē eſſe: ſicuti ne is quidē qui rē perferendam,vel epiſtulā,vel nunciū perferendū ſuſcepit,propriè procurator appellatur.Sed verius[l] eſt,eū quoq; procuratorē eſſe, qui ad vnam rē datus ſit. Vſus autē procuratoris perquā neceſſarius eſt: vt qui reb⁹ ſuis[m] ipſi ſupereſſe vel nolūt,[n] vel non poſſunt,per alios

*Procurator.*] CASVS. Quid ſit procurator,primò dicit: & eſt planū. ſecundò dicit quòd vnius rei poterit conſtitui procur. tertiò dicit quòd procu.poteſt fieri inter abſentes & præſentes:quanuis hoc refertur ad hoc quod dicit vnius rei nō poteſt eſſe procura. ſi aliquis eſſet vnius rei,& vnius nunciationis. & ſic illi iuriſconſulti malè dixerunt. [VSVS.] Quæ ſit vtilitas,& quæ cauſa fuerit conſtituendi procuratores, dicit. §. hic,& plenè proſequitur. Viuianus.

g *Procurator*.procurator dicitur ex parte actoris:defenſor ex parte rei.

h *Aliena*. Sed nónne quandoq; dicitur in rē ſuam? Reſpon.impropriè[a] dicitur,ac ſi diceretur homo mortuus. vel dic dicitur in rem ſuam,id eſt in vtilitatē vel damnum ſuum: vt j̃.quādo ap.ſit.l.j. §. in propria. & procurator ſ.alieni iuris.nam in iuribus fit,quæ non poſſunt ſeparari à cedētibus:vt.j̃.de pec.l.quis ergo.in fi.l.& ſic caute dicitur in rem ſuā procurator. Itē ꝙ dicit negocia.ſ. plura vel
D vnū:vt.j̃.e.l.§.j.Itē mādato ideo dicit,quia ſi ſine mādato,habet locū.j̃.tit.ij.Itē ideo domini, vt remoueat tutores vel curatores, & prælatos Eccleſiæ,& adminiſtratores ciuitatis,& ſimiles, qui alios nō poſſunt facere procuratores niſi lite conteſt.vt.j̃.e.l.nec ciuitatis.&.C.e.l.neq;.&.l.procuratoribus. fallit in procuratore in rem ſuā,qui etiā ante lit.cōteſt.facit aliū procuratorem: vt.C. de dona.illā.Sed an poſſum facere procuratorē,vt poſſit aliū facere procuratorē?Arg.quòd ſic.j̃.de ſerui.ruſti.præd.cùm eſſent. §.j.&.j̃.quod cuiuſ.vniuer.l.item eorū.§.ſi decuriones.quod poteſt eſſe verū,ſi dixi quòd faceret certū: vt.j̃.l.ij. Sed nónne etiā ſeruus facit procuratorē:& tamē nō eſt dominus:vt.j̃.e.ſeruum quoq;?Reſpon.illud ad negocia:ſed hîc loquitur ad iudicia.nam procurator,tutor, & ſimiles poſſunt facere procuratores ad negocia:vt.j̃.man.ſi procuratorē.§.ſi quis.Itē nónne hîc corrigitur quod de prælato dixi? nā cauſa monaſterij videtur agi poſſe per procuratorem:vt in auth.de ſanc.epiſc.§.ſiquando.col.ix.ſed di-
E co procuratorem pro ſyndico poni.Quod autem ſubiicit,adminiſtrat:dic vel adminiſtranda ſuſcepit:vt.j̃.man.l.ſi remunerādi. §.j.& ſubaudias gratis. nam mercede interueniente erit locatio: vt.j̃.man.l.j.vel illicitum commercium:vt.ſ̃.de pac.ſumptus.

a]Bal. hîc reputat iſtā glo.ſing.ad hoc quòd procurator in rem ſuam propriè non dicitur procurator, pro quo facit quia nec ei nec contra alium datur actio mandati: de quo vide hîc per me in meis interpreta. Bolog.

Seruus procuratorem conſtituit.

i *Vel omnium*. & facit ad hoc vt vnius rei & plurium poſſit fieri procurator:vt.j̃.man.l.ſi verò non remunerandi.§. contrario. & C.eo.titu.l.ſi procurator.&.j̃.de ſolu.l.vero.

k *Vel per nuncium*.id eſt per nunciationem.

l *Sed verius*.vtrunque corrigit.nam vnius rei eſſe poteſt:item vnius nunciationis:vt hîc,&.j̃.depoſi.l.j.§.ſi te rogauero.Sed differunt in officio exequēdo. nam procurator vnius rei in ſua perſona concipit contractum: vt.j̃.de conſt.pec.l. eum.§.Iulianus. ſed nuncius eius in perſona domini::vt vendis illi domino: vt.j̃. de conſti.pec.l.qui autem.§.fi.&.l.& licet.Accurſius.

Procurator & nuncius differunt.

m *Rebus ſuis*.id eſt cauſis ſuis.

n *Vel nolunt*. Not. regulam vt quod ipſe agere poteſt,per procuratorem

curatorem hoc facere poſſit:vt hîc,& infra de iniur.ſed ſi vnus. §.idem Iulianus.& inſt.per quas perſo.agere poſ.§.pe.quod fallit in illuſtribus & ſuperilluſtrib.vt.C.e.l.pe.itē in cauſis publicis:vt.j̃.de pub.iudi.l.pe.§.ad crimen. item in actione populari: vt.j̃.eod.licèt. item ſeruus qui prouocat in libertatem : vt.C.de aſſer.tol.l.j. itē & circa negocia eſt illud quādoq;. nā dominus per ſe nouum emphyteutā debet mittere in poſſeſſionē, non per procuratorē: vt.C.de iure emphy.l.fi.§.pen.

poſſint vel agere, vel conueniri.

Dari autem procurator & abſens poteſt:

II. PAVLVS *libro octauo ad Edictum.*

DVmmodo certus[a] ſit, qui datus intellegetur:& is ſi ratum habuerit. Furioſus non eſt habendus abſentis loco: quia in eo animus deeſt, vt ratum habere non poſſit.[b]

III. VLPIANVS *libro nono ad Edictum.*

ITem & ad litem futuram[c], & in diem[d], & ſub conditione, & vſque ad diem dari poteſt:

IIII. PAVLVS *libro octauo ad Edictum.*

ET in perpetuum[e].

V. VLPIANVS *libro ſeptimo ad Edictum.*

PRæſens habetur[f] & qui in hortis eſt:

VI. PAVLVS *libro ſexto ad Edictum.*

ET qui in foro[g], & qui in vrbe, & in continentibus ædificiis:

VII. VLPIANVS *libro ſeptimo ad Edictum.*

ET ideo procurator eius præſenti † eſſe videtur.

Filiusfamilias poteſt conſtituere procuratorem ad omnia quæ ipſe ſine patre gerere poteſt. Bart.

VIII. IDEM *libro octauo ad Edictum.*

D*Vmmodo.*] CASVS. Dicit.s̃.e.l.j.§. conſtitutus. quòd procurator fieri poteſt inter abſentes:& idem dicit hîc, ſcilicet quòd fieri poteſt inter abſentes, dummodo ille abſens qui procurator cōſtituitur, certus ſit, & ratū habeat:vt in prin. l.ſeq.quæ continuatur iſti.§.& omnes aliæ leges vſque ad.l. filius. [FVRIOSVS.] Dicitur hîc, quòd furioſus loco abſentis eſt: quia nō habet diſcretionē. Item poteſt dari procurator ad litē futurā, & ad diem, & in diem, & in perpetuū: vt in.l. ſeq. quæ continuatur cum iſta. Viuianus.

* &. l.124.j̃. de reg.iur.

a *Dummodo certus.* No. duo eſſe neceſſaria, vt abſēs cōſtituatur procurator:& quòd ſit certus, & quòd ratum habeat. quorum vnū deficit in furioſo : quia nō habet animū, id eſt diſcretionem:vt inſtit. qui.non eſt permiſ.face.teſt.§.ij. & ideo nō poteſt habere ratum: nec habetur vt abſens: vt ſcilicet conſtituatur procurator vt abſens. aliàs autem loco abſentis habetur:vt.j̃.de iure cod.l.ij.§.furioſus.&.j̃.de reg.iur. vbi non.§.furioſus.quæ ſunt arg.contra.

Procurator vt conſtituatur abſens, duo requiruntur.

† præſentis, vel ei præſenti.

b *Poſſit.* quidam libri habent non:& tunc plana: & refert ſe ad proximum dictum. Alij ſine non:& tunc refertur ad primū, ſcilicet non eſt habendus loco abſentis, ſcilicet vt ratum habere poſſit.& ſic non ob.j̃.de iure codicil.l.ij.§.ij.

c ITem & ad litem futuram. ſed contra:quia ad præſentem tantùm videtur debere conſtitui:vt infra tit.j.l.item.§.ſed ſi ita. Sed aliud in actore vel ſyndico quàm in hoc procuratore. Vel dic, aliter fuit ibi electus quàm mandatum fuiſſet eligentibus, cùm pro præſenti fuiſſet mandatum : & ipſi etiam ad futura elegerunt.

d *In diem.* id eſt ex die, propter id quod ſubiicit hîc, vſque ad diem &c.vt infra de actio.& obligat.l.obligationum ferè. §.ij. Accurſius.

e ET *in perpetuum.* id eſt dum viuit:vt.j̃.pro ſoc.l.j.

PRæſens. CASVS. Dixit.s̃.eo.l.j.§.vſus.&.§.fi.quòd abſens fieri poteſt procurator. vnde vult hîc exponere quis præſens dicatur.nam ſi videmus quis ſit præſens, per conſequens intelligimus quis abſens ſit : quia contrariorum eſt eadem diſciplina: vt.s̃.de his qui ſui vel alie.iur.ſunt.l.j.& inſtit.de tutelis.in prin. arg.contra.eſt.j̃.l.qui proprio.§.antepenult.& quis ſit præſens, dicit hic vſque ad.l.filius. Viuianus.

f *Præſens habetur.* ſcilicet procurator, ſi attendas ad ſuperiora. vel verius dic, dominus:vt.j̃.eo.l.& ideo.quę eſt.l.fi.& ſecundū hoc procurator ſi eſt actoris, non ſatiſdabit de rato:vt.j̃.e.l.mutus.§.is qui.ſi rei, non ſatiſdat de iudicato ſoluendo, ſed ipſe dominus.ſecus ſi abſens:vt.j̃.iudi.ſol.ſi ad defendendum.& inſtit. de ſatiſda.§.ſinautem.verſi.ſi verò aliquis. Item nō compellitur

A præciſè accipere iudicium : vt infra eo.l. vel hereditas. Et nota quòd multis modis dicitur quis abſens ſecundum diuerſos tractatus. vno vt hîc, &.j̃.de verbo.ſignifi.l.abſentem. ſecundo qui à iudicio abeſt:vt.j̃.de fideicom.lib.l.non tantum.§.ſenatuſcōſ. verſi.abeſſe.&.j̃.de dam.infec.l.iiij.§.abeſſe.& in authen. de teſti.§.pen.coll.vij. Item tertio qui in alia eſt * prouīcia:vt.C.de præſcript.long.temp.l.fin. Item quarto qui vocē alterius non poteſt exaudire : vt.j̃. de verb. obliga.l.j.in prin. Acc.

Abſens dicitur quis multis modis.

FIliusfamilias[h] * & ad agendum dare procuratorem poteſt, ſi qua ſit actio qua ipſe experiri poteſt: non ſolùm ſi caſtrenſe[i] peculium habeat:ſed & † quiuis filiusfamilias, vt puta iniuriam * paſſus dabit[k] ad iniuriarum actionem, ſi fortè neque pater præſens ſit, nec patris procurator

B velit experiri : & erit iure ab ipſo filiofamilias procurator datus.

Hoc amplius Iulianus ſcribit, & ſi filiofamilias patri per filium[l] eius in eadem poteſtate manentem fiat iniuria, neque auus præſens ſit[m] : poſſe patrem procuratorem dare[n] ad vlciſcendam iniuriam quam nepos abſentis paſſus eſt. Ad defendendum quoque poterit filiusfamilias procuratorem dare. Sed & filiafamilias poterit dare procurato-

C rem ad iniuriarum actionem. Nam quòd ad dotis exactionem cum † patre dat procuratorem, ſuperuacuum eſſe Valerius Seuerus ſcribit : cùm ſufficiat patrem dare ex filiæ voluntate.[o] Sed puto, ſi fortè pater abſens ſit, vel ſuſpectæ vitæ (quo caſu ſolet[p] filiæ competere de dote actio) poſſe eam procuratorem dare. Ipſe quoque[q] filius procurator dari poterit * & ad agendum, & ad defendendum.

Inuitus[r] procurator non ſolet

D

g ET *qui in foro.* ſcilicet rerum venalium : vel dic vbi redditur ius.

* Vide Innoc. in c. cū I.& A. de re iu.& ca. indecorum de æta.& quali.

† Hoc verbum in vulgata editione erat deprauatum in, etſi vim.

* l.ſi lōgius j̃. de iudic. l. filius fam.j̃. de oblig.

F*Iliusfa.*] CASVS. Dicitur hîc quòd filiusfami.poteſt ordinare procuratorē qui filij nomine agat ſiue in caſtrenſi vel quaſi, vel actione iniuriarū: vel ſi pater eſt abſens, & procurator patris defendit filium. [HOC AMPLIVS.] Filiū habebā : & iſti filio meo facta eſt iniuria. auo eius abſente, id eſt patre meo, nunquid poſſum cōſtituere procuratorem, & agere nomine filij mei ? Et reſpon. quòd ſic: quia auus eius. i. pater meus abſens erat. [AD DEFENDENDVM.] Dixit in principio huius legis quòd filiusfamilias poteſt dare procuratorem ad agendum: hîc dicit quòd poteſt dare etiam ad defendendum. [SED ET FILIAFA.] Dixit de filiofamil. hîc dicit de filia : quæ filia poteſt procuratorem dare in act. iniuriarum abſente patre:ſed in act. de dote pater ſolus dabit procuratorē: nec eſt opus quòd filia cōſentiat expreſſè. hæc vera ſunt niſi pater ſit malæ vitæ, vel niſi ſit pater abſens:quibus duobus caſibus cum filia dotem repetere poſſit: vt.j̃.ſol.mat.ſi cum ſuo poterit & procuratorem dare. [IPSE] Dixit.s̃.quòd filiusfa.poteſt dare procuratorem:hîc autem dicitur quòd ipſe filiusf.dari poteſt procurator. [PROCVRATOREM.] Iſte.§.loquitur in procuratore rei, qui procurator ſuſcipere cogitur iudicium: niſi in quibuſdam caſibus quos enumerauit ab illo verſi.verum.vſq; ad.l.ſed etiam in illa, ſed etiam, ponit caſum vnū: imò licet procu.hanc exceptionem opponat, nihilominus cogitur ſuſcipere iudicium, vt lis ſtatim cōteſtetur.& hæc omnia debent fieri cum cauſæ cognitione:vt in.l.ſed hæc. Viuianus.

† Recta eſt hæc lectio Floren. & ſic ordinanda, quod dat procuratorē cum patre ad exactionem dotis, hoc ſuperuacuū eſſe Val. Seue.ſcribit.

* Dic etiam inuito patre concor.& bene facit ad hoc text. in l. quæſitū s̃.de in ius vocan.tex.in ca.qui generaliter.§. nedū.de procura.in 6.ad de Archid. in ca. Cyprianus.21. q.3.& Bal. hic.

h *Filiusfamilias.* paganus.

E i *Caſtrenſe.* vel quaſi:vt.j̃.de colla.bo.l.ij.§.nec caſtrēſe. in quibus tanquam patresfami.habentur:vt.j̃.ad Macedo.l.ij.

k *Dabit.* ſ.procuratorem ad iniuriarum actionem:quia eſt propria filij:ſicut & aliæ quinque: vt.j̃.de iudi.ſi longius.§.j.in fi.

l *Per filium.* id eſt nepotem ſui patris, & ſuus eſt filius.

m *Præſens ſit.* ſed ſi redeat, conſentit procuratori:quia & filio:vt C.de bo.quæ libe.l.fi.§.j.

n *Dare.* ſ.expreſſè, cùm ſufficiat tacitus conſenſus, ſcilicet à lege præſumptus:vt hîc ſubiicit, &.j̃.ſolu.ma.l.ij.§.voluntate.

o *Volūtate.* ſ.tacita, vt modo dixi:niſi expreſſè cōtradicat:vt.j̃.de iur.do.poſt nup.& cauſā cōtradicēdi habeat:vt.j̃.ſol.ma.l.dotē.

p *Solet.* vt.j̃.ſolu.matri.ſi cum dotē.§.eo autem tempore. idem dicam & in caſibus aliis vbi ipſa agere poteſt : vt.C.de coll. auth.quod locum.vt ibidem dare poſſit procuratorem:vt hîc.

q *Ipſe quoque.* nam & actor fieri poteſt:vt.j̃.tit.j.item.§.fi.

r *Inuitus.* per hoc apparet quod eſt officiū priuatū auctoritate

UNED

dari. [a] Inuitum accipere debemus non eum tantùm, qui contradicit: verùm eum quoque qui conſenſiſſe non probatur. [b]

Veteranus poteſt eſſe procurator: miles non, niſi in duobus caſibus: tamen tenet iudicium ſi non fuit repulſus ab initio. Bart.

Veterani [c] procuratores fieri poſſunt. Milites autem, nec ſi velit aduerſarius, procuratores dari poſſunt: niſi hoc tempore litis cõteſtatę quocunq; caſu prætermiſſum [d] eſt: excepto eo, qui in rem ſuam procurator datus eſt, vel qui communem cauſam omnis ſui numeri perſequatur, [e] vel ſuſcipit: quibus talis procuratio conceſſa eſt.

Pro quo ſcienter dominus ſatiſdedit, cogitur pręcisè iudicium ſuſcipere, niſi ex cauſa legitima excuſetur. Bartolus.

*Procuratorem ad litem ſuſcipiendã* [f] *datum, pro quo conſentiente dominus iudicatum ſolui expoſuit:* prætor ait, *iudicium accipere cogam.* [g]

Verùm ex cauſa non debebit compelli: vt puta inimicitiæ capitales interuenerunt inter ipſum procuratorem & dominum: ſcribit Iulianus debere in procuratorem denegari actionẽ. Item ſi dignitas † acceſſerit procuratori, vel reipublicę cauſa abfuturus ſit:

IX. GAIVS *libro tertio ad Edictum prouinciole.*

A Vt ſi valetudinem, aut ſi neceſſariam peregrinationẽ [h] alleget:

X. VLPIANVS *libro octauo ad Edictum.*

VEl hereditas ſuperueniens eum occupet, vel ex alia iuſta cauſa. hoc amplius, & ſi habeat præſentem [i] dominum, non debere compelli procuratorem:

XI. PAVLVS *libro octauo ad Edictum.*

SI tamen dominus cogi poſſit.

XII. GAIVS *libro tertio ad Edictum Prouinciale.*

SEd etiam ex his cauſis [k] dicitur aliquando cogendum [l] procuratorem iudicium accipere, veluti ſi dominus præſens non ſit, & actor adfirmet tractu temporis futurum vt res pereat. [m]

XIII. VLPIANVS *libro octauo ad Edictum.*

SEd hęc [n] neque paſſim admittẽda ſunt, neque deſtrictè deneganda: ſed à prætore cauſa cognita [o] temperanda.

XIIII. PAVLVS *libro octauo ad Edictum.*

SI poſt [p] * datum procuratorem capitales inimicitiæ [q] interceſſerunt, non cogendum accipere iudicium: nec ſtipulationẽ ob rem non defenſam committi, quoniam noua cauſa ſit.

---

& vtilitate. aliàs cogeretur: vt. j. de mu. & hono. l. ſi quis magiſtratus. & inſtit. de ſatiſda. tuto. §. penul.

a *Dari.* vt hîc, &. C. eo. inuitus. &. j. de regu. iu. l. inuitus. in prin. Sed datur quandoque inuito: vt infra de libe. cau. l. iij. quæ eſt contra. & infra de appell. non tantùm.

b *Non probatur.* Not. taciturnitatem cõſenſui non comparari. ſic & in ſeruitute imponenda: vt. j. de ſer. vrb. prædi. l. inuitum. idem in ſoluendo matrimonio: vt. j. de rit. nup. in eo iure. §. deinde. Item in furto: vt. j. de furt. qui vas. §. vetare. Item in eo qui impedire nõ poteſt: & in eo qui erubeſcit loqui: vt infra de fur. l. pen. Item in eo qui ſcit ius ſuũ durare: vt infra quib. mo. pign. vel hypo. ſol. l. ſicut. §. nõ videtur. Arg. contra infra ſolu. mat. l. ij. §. voluntate. &. C. de epiſc. & cle. authen. ſi ſeruus. & infra de regu. iur. qui tacet. Solu. vbi tractatur de aliquo obligando: habẽt locum prima arg. vbi verò de aliquo præiudicio tractatur, vel exceptione, habent locũ ſequentia. excipe à primo, infra ad munici. l. ij. &. C. de filiisfami. & quemadmo. pater. l. j. lib. x. & infra de ſponſalib. l. in ſponſalibus. vel hoc generale, qui tacet, cõſentit: ſed eius contraria ſunt ſpecialia. Vel dic vt not. j. de fur. qui vas. §. vetare. in glo. ignorat.

Taciturnitas cõſenſui nõ cõparatur.

c *Veterani.* Iſti ſunt conſecuti cauſariã vel honeſtam miſſionem: vt ſupra de infam. l. ij. §. ignominiæ. & dicuntur pagani iam, non milites: vt infra de caſtren. pecu. l. hereditate. §. j. Vel dic quòd miles eſt ille qui eſt in actu militiæ: vt C. loca. l. fin. Veteranus eſt miles qui eſt ſine actu. & miles debet multa habere in ſe: vt infra qui. ex cau. ma. l. pen. & talis non poteſt eſſe procurator, vt hîc, &. C. eo. qui ſtipendia. & l. militem. etiam vtroque conſentiẽte: vt ſubiicit. vnde eſt ar. hîc quòd non poteſt conſenſus partium de iure aliquid relaxare. ſic. s. de poſtu. l. quos. & in iuramento calumniæ: vt. C. de iura. calum. l. ij. §. ſed quia. & in comparatione faciẽda ex priuata ſcriptura aliter quàm lex velit: vt C. de fide inſtru. l. comparationes. & in teſtificatione patris & filij: vt. C. de teſti. l. parentes. & ad idem. C. de inoffi. teſta. ſi quando. arg. contra ſupra de feriis. l. j. &. C. de pac. l. pen. ſed dic hoc generale. ſuperiora verò ſpecialia ſunt. Accurſius.

† Iſtũ textũ alleg. Ro. in ſuis ſing. fol. 4. ſingu. c. in cuius deciſione: concor. & facit tex. in l. licet. in fi. s. de arbi. Bolog.

d *Prætermiſſum eſt.* Not. quædã poſſe fieri tacitè quæ non poſſunt fieri expreſſè. ſic ſupra de pac. ſi vnus. §. illud. & infra de re. iur. l. actus. & l. expreſſa. Sed nõne iudex ex officio debet hoc facere? Videtur quòd non: vt ſupra de offi. præſid. illicitas. §. veritas. Sed dic contra: quia in litem hoc euenit: vt. C. de tempo. & re. app. l. ij. §. fi. & de ap. l. ampliorem. §. ij. ſed ſi ponas quòd tam ab eo quàm à partibus ſit prætermiſſum, obtinet quod hîc dicitur: vt. C. eo ita demũ. maximè quia exceptio eſt dilatoria: vnde ante litem conteſtatam debet proponi: vt infra eo. qui procuratorem. §. ſi quis. &. C. de proba. exceptionem. & omnia quæ hîc dixi in milite ſeculari, intellige in milite cœleſti, vt procurator eſſe non poſſit: vt in authen. de ſan. epiſ. §. deo autẽ. ibi, aut procuratorem litis. & in glo. cauſis. coll. ix.

Tacitè quædã fieri poſſunt, quę non licet facere expreſſe.

Exceptio dilatoria ante lit. cõteſta. proponi debet.

e *Perſequatur.* idem in clericis: vt. C. de epiſco. & cleri. l. placet. idem & in alio caſu: vt. j. de libe. cau. l. iij. §. militi. quia tunc propria cauſa videtur eſſe: vt. j. quando ap. ſit. l. ij. §. pen. idem poteſt dici in alio: vt. j. de ap. non tantùm, & cùm admittitur, puto in ſatiſdatione & in aliis vt alium procuratorem ſe habere.

f *Suſcipiendam.* & ſic eſt procurator rei.

g *Cogam.* ſ. præciſe eum: vt hîc, &. j. eo. ſi defunctus. j. reſpõ. niſi afferat cauſam, vt hîc, &. j. de arbit. licet. ſed videtur non præcisè cogi: ſed ſufficit committi ſtipulationem: vt j. eo. non cogendum. §. Sabinus. in princ. legis, quę eſt contra. Sed hîc conſentiente procuratore dominus ſe grauauit. vnde fallit ſidem duobus: domino, & actori: ibi ipſemet procurator ſatiſdedit: vel ſi dominus, non tamen eo conſentiente: vnde & tunc ſufficeret cõmitti ſtipulationẽ: vt. j. eod. ſi defunctus. ij. reſpon. Item alia ratione videtur nõ præciſè cogi: quia in factis cõdemnatio fit ad intereſſe, non verò cogitur præciſè quis facere: vt. j. de re iudi. l. ſi quis ab alio. §. fin. &. j. de ope. no. nun. l. ſtipulatio. §. ſi autẽ, quæ ſũt contra. ſed dic illud in geſtis extra iudicia: hoc in iudiciis, vbi ſtrictius agitur: vt argu. j. de ver. ob. inter ſtipulantem. §. j.

In vulgatis impreſſis hę leges, tranſponebantur poſteriore priori præpoſita.

h *AVt. Neceſſariam peregrinationẽ.* quia deportatus eſt: vt. C. de hered. inſti. l. j. §. idẽ in voluntaria: vt quia iuit ad ſanctũ Iacobũ: vt. j. e. aut religionis.

i *VEl hereditas. Præſentem.* qui cœperat abeſſe dato procuratore. Vel dic quòd dominus erat paratus defendere: vt. j. e. ante litem. Nec tamen auditur, niſi talis erat vt cogi poſſit: vt infra. l. proxi. ſunt enim quidam qui cogi non poſſunt: vt ſupra de in ius vocan. l. ij. &. C. eo. l. quicunque.

* Cõcor. cũ hac. l. glo. in. c. ex parte decani. ſuper verbo propter ſuſpicionẽ. in prin. de re. ſcrip.

k *SEd etiam ex his cauſis.* ſcilicet ſupradictis.

l *Cogendum.* id eſt non ſubleuandum: ſiue nec ſubueniendum ei. tale eſt. j. de dolo. non debet. in fi. Et not. hîc quòd per procuratorem fit conteſta. litis: vt. j. eo. per procuratorẽ. licet de calumnia non iuret: vt. C. de iura. calum. l. ij. §. ſi autem.

m *Res pereat.* No. quod fieri non debet: tamen fit, ſi timetur fieri non poſſe temporis curſu: vt. j. eo. mutus. §. fin. &. j. de arbi. l. idẽ Pomponius. §. fi. &. j. de iudi. ſed & ſi reſtituatur. §. ædium. &. j. de peti. here. ſi bonæ fidei. &. s. de feriis. l. j. & l. ij. in fi.

n *SEd hæc.* quæ excuſant vel cogũt procuratorẽ. Et nota quòd de duobus cõtrariis fit optimum temperamentũ: vt hîc, & s. de offi. proconſ. ſolẽt. §. fi. &. j. eo. mutus. §. fi. ibi, Labeo &c. & dixi. s. ſi quis cau. l. ij. §. ſi nõ propter. verſi. ſi quis tamen. in gl. fi.

De duobus contrariis fit optimũ temperamentũ.

o *Cauſa cognita.* nam poterit eſſe quòd parua erit hereditas, vel parum ægrotet. & idem in ſimilibus. Accurſius.

p *SI poſt.* Quid differt hęc. l. ab illo. §. procuratorem. s. eo. filius? Reſpon. hîc procurator ſatiſdedit: ibi dominus pro eo. Vel dic quòd idem eſt caſus: ſed hîc addit de ſtipulatione non committenda. Vel dic hîc loqui in procuratore actoris. vel ibi fuit indiſtinctè locutus: hic autem quando interuenerunt poſtea.

q *Inimicitiæ.* vt. j. eo. l. nõ cogendũ. §. Sabinus. in prin. legis. Acc.

*SI defunctus.* CASVS. Tu me conuenire volebas: ego cõſtitui procuratorem qui me defenderet aduerſus te: & pro eo procuratore ſatiſdedi. Diſtinguitur. aut ſatiſdedi procuratore ſciẽte: quo caſu cõpellitur procurator ſuſcipere iudicium, quanuis deceſſerim

Satiſdatio pro procuratore præſente præſtita facit vt mandatum morte domini nõ finiatur: ſecus ſi pro abſente & ignorante. Bart.

XV. VLPIANVS *libro octauo ad Edictum.*

SI defunctus ſit dominus ante litem conteſtatam [a] iudicatũ ſolui ſtipulatione pro ſuo procuratore data, procurator compellendus [b] eſt ad iudicium accipiendum: ita tamen, ſi hoc dominus ſciẽte procuratore & non contradicente fecit. [c] Quod ſi aliter actum [d] eſt: inſcium quidem procuratorem teneri, [e] ſatis inciuile eſt. Committitur autem ob rem non defenſam ſtipulationis clauſula. [f]

Procurator datus in duplicibus iudiciis videtur fungi partibus actoris & rei: ideo vtrinque ſatiſdationem præſtabit. Bart.

Qui ad communi diuidundo [g] iudicium datus [h] eſt ad agẽdum, item & ad defendendum [i] videbitur datus, duplici cautela [k] interponenda.

Ante litem conteſtatam poteſt procurator libere à domino reuocari: poſtea verò non niſi cauſa cognita. hoc dicit cum. l.ſeq. vſque ad.l.quæ omnia. Bart.

XVI. PAVLVS *libro octauo ad Edictum.*

ANte litem † conteſtatam libera poteſtas [l] eſt vel mutandi procuratoris, vel ipſi domino iudicium accipiendi.

XVII. VLPIANVS *libro nono ad Edictum.*

ceſſerim ante litem conteſtatã. aut ipſo ignorante: quo caſu non cogitur iudicium accipere procurator. ſufficit tamen ſi clauſula de defendendo committatur. [QVI AD.] Rem aliquam tecum communem habebam: cõſtitui procuratorẽ vt illam rem diuidi peteret. Dicitur hîc quòd iſte videtur eſſe procurator actoris & rei, id eſt videtur datus ad agendum & defendẽdum. & talis procurator ſatiſdabit de rato, & de iudi.ſol. Viui.

a *Conteſtatã.* cum procuratore ſuo.

b *Compellendus.* præciſè. Sed contra.ȷ.eod.l. non cogendũ. §. Sabinus. Sol. vt dixi ſupra eo.filius.§.fin. Itẽ cum res ſit integra, quia nõ eſt lis conteſtata, vt in prin. huius legis: quare non finitur mãdatum tale morte mandantis: vt inſtit. de mãda.§.recte. verſi. itẽ ſi adhuc. &.ſ.de iuriſ.om.iudi.l. & quia. quę ſunt cõtra? Reſpon. imò nõ eſt res integra: quia promiſerat hic procura. iudic. ſol. & dominus fideiuſſit pro eo: vt hîc dicitur. quas obligationes nõ potuit mors domini extinguere. Sed nõne eadẽ ratio eſt quando ipſe procurator tãtùm promiſit: & tamẽ dicit lex extingui mandatum: vt.ȷ.manda.l.ſi præcedente. in princi? Sed dic ſecundũ M. ibi pro abſente domino ſatiſdedit: hîc dominus præſens erat, & ſatiſdedit ipſemet pro procuratore ſuo.

c *Fecit.* i. ſatiſdedit.

d *Actum eſt.* quia domino abſente procuratore ſatiſdedit.

† Faciunt ad hanc l.no. in ca. in cauſis. in vlt.glo. extra de ele.

e *Teneri.* id eſt præciſè defendere.

f *Clauſula.* i. cõtra fideiuſſores illos quos dominus dedit, quod nil tangit hũc procuratorẽ. Et quod dicit, clauſula: not. quòd ſtipulatio iudi.ſol. quam præſtat procurator rei, tres habet clauſulas. prima, quod verbum ſonat. ſecunda, quia ſine dolo. tertia, quòd defendet vſq; in finem illum quem defendere incipit: vt.ȷ.iudi. ſol.l.iudicatum ſolui.j. & hæc tertia clauſula committitur hîc.

g *Qui ad communi diuidundo.* eſt ſpeciale in his iudiciis. nam licèt alias procurator actoris defendat: vt infra eo.ſeruum.§.ait prætor. illud facit quia agit, non quia ſit ei mandatum: vnde in eo ſolo pœnam patitur: vt infra.eo.l.mutus.§.pœna. vel hîc hominis mandatum: ibi legis.

h *Datus.* id eſt conſtitutus.

i *Ad defendendum datus.* vtpote cum quilibet ſociorum videatur eſſe actor & reus: vt infra fami. erciſ. inter.§.qui familiæ. Et idem dicas in aliis duplicibus iudiciis, quæ multa ſunt: vt not. inſtit. de interdic.§.tertia. verſi. duplicia.

k *Duplici cautela.* ſ. de rato, & de iudi.ſol. Melius ſecundũ quoſdam dic. ſ. triplici propter cautionẽ de defenſione, quã debet interponere tanquã actoris procurator: vt.ȷ.eo.ſeruũ.§.ait. Sed dic quòd hæc cõtinetur ſub illa iud.ſolui: vt.ȷ.iudi.ſol.l.iudicatum ſolui.j. Item ſi ſatiſdat iudi. ſol. an debeat ſatiſdare iudicio ſiſti? Videtur quòd non. nam in iudi.ſol. continetur de defenſione: vt ȷ.iudi.ſol.l.iudicatum ſol.j. ſed defendere non videtur, &c. vt.ȷ. ex quib. cau. in poſſeſ. ea.l. hoc autem.§. recte defendi. vnde ſuperuacuis cautionibus, &c. vt.ȷ. vt in poſ.leg. ſi is à quo. nam ad intereſſe committitur: vt.ȷ.de præ.ſtip.prætoriæ. Accurſius.

POſt litem autem * conteſtatam reus qui procuratorẽ dedit, mutare quidem eum, vel in ſe litem transferre à viuo procuratore vel in ciuitate [m] manente poteſt: cauſa tamen prius cognita. [n] Non ſolùm autem ipſi qui dedit procuratorem, hoc permittitur: ſed etiam heredi eius, & cæteris ſucceſſoribus. In cauſæ autem cognitione non ſolùm hæc verſantur, quæ ſupra diximus [o] in procuratore non compellendo ſuſcipere iudicium: verùm & ætas: [p]

XVIII. MODESTINVS *libro decimo Pandectarum.*

AVt † religionis [q] beneficiũ.

XIX. VLPIANVS *libro nono ad Edictum.*

ITem ſi ſuſpectus [r] ſit procurator, aut in vinculis, aut in hoſtium prædonúmve poteſtate:

XX. PAVLVS *libro octauo ad Edictũ.*

VEl iudicio publico priuatóve, vel valetudine, vel maiore re ſua diſtringatur.

XXI. GAIVS *libro tertio ad Edictum prouinciale.*

VEl exilio, vel ſi latitet, vel inimicus poſtea fiat:

XXII. PAVLVS *libro octauo ad Edictum.*

AVt adfinitate [ſ] aliqua aduerſario iungatur, vel heres ei exiſtat:

XXIII. VLPIANVS *libro nono ad Edictum.*

AVt longa [t] peregrinatio, & aliæ ſimiles cauſæ impedimento ſint:

XXIIII. PAVLVS *libro octauo ad Edictum.*

*ANte litem.*] CASVS. Dictum eſt quibus ex cauſis procuratorem dominus remouere poſſit. Et not. quia quidã dixerunt hanc lẽgẽ tantùm in procuratore rei loqui, arg. huius literæ. ſ. iudiciũ accipiendi. ſed hoc eſt falſum: imò loquitur tam in procuratore actoris, quàm rei. & hoc dicitur expreſſe.ȷ.eo.quę omnia. in prin. quod eſt verũ. Io. Et caſus huius.l. eſt talis: Tu cõuenire me volebas, procuratorẽ cõſtitui ego reus q me defenderet. Dicitur q poſſum hunc procuratorẽ remouere ante lit. conteſt. ſine cauſæ etiã cognitione: & ego dñs litigabo, vel conſtituã aliũ procuratorẽ. poſt lit. verò conteſt. non poſſum illũ remouere ſine cauſæ cognitione: ſed cauſa cognita remouere eũ potero. & ſicut ego poſſũ remouere, ſic & heredes mei poſſunt procuratorem remouere. Viuianus.

* Sic in glo. in.c. ex parte decani. ſuper verbo ppter ſuſpicionem. poſt prin. extra de reſcrip.

† in vulgat. incip. Et religionis.

l *Libera poteſtas.* ſi non ſit in rem ſuã: aliàs nõ poteſt: vt infra eo.quæ oĩa.§.plane.&.l.procuratore.&.l.is cui⁹. quæ ſunt cõtra: niſi re integra ipſe dominus velit experiri: vt. C. man. ſi pater. Itẽ & in alio ſimplici de quo dicit hæc lex. Et hoc licèt ſecundũ M. ita demũ ſi iudi. ſol.ſti. non ſit interpoſita. aliàs nõ: vt.ſ.eo.l. filiusfa.§.fin. ſed certè imò & ſi ſit interpoſita. nã nihilominus res eſſet integra: vt in authen. de litig. §. ſi verò apud iudicem initium. collat.viij. & infra iud. ſol.ſi ante. Sed videtur contra ſupra eod.ſi defunctus. Sed dic quòd aliud eſt in tacita reuocatione quæ fit per mortem, vt ibi: & aliud in expreſſa, vt hîc. & not. hîc licere variare. ſic infra de condic.cau.da. ſi pecuniam.§.item ſi quis.

Variare quandoque licet.

m *Poſt litem. Vel in ciuitate.* vel, pro &. nam ſi deſiit eſſe ciuis, certũ eſt eum ipſo iure mutatũ: vt quia deportatus. tunc enim habetur pro mortuo: vt.ȷ.de bo.poſ.contra tab.l.j.§.filiũ.

n *Cognita.* Sed quare hoc, cum mandatum iuriſdictionis & ſine cauſæ cognitione reuocatur: vt infra de iudi.l. iudiciũ ſoluitur? Reſpon. hoc ideo grauius reuocari, quia damnum pecuniarium eſt hîc, non ibi. Item hîc aduerſarius oneratur propter mutationem perſonarum: vt arg. infra iudi.ſol.l. iam tamen.§.ſi tamen. & infra de exer.l.ne in plures.

o *Diximus.* vt.ſ.eo. filius.§.ſi.cum.l.ſeq. & earũ quaſdã repetit, vt alias addat: ex quibus ſe excuſat, & recuſatur. ſic.ȷ.e.l.mutari.

p *Et ætas.* vt quia nimium ſenex, vel nimium iuuenis eſt procurator: non tamen minor: quia tunc de facto tantùm mutaretur.

q *Vt religionis.* vt ſi monachus fiat, vel ſacerdos: vt arg.ȷ.de arb. nõ diſtinguem⁹. ad prin.§.ſumma. verſi. cõpromiſſo.

r *Item ſi ſuſpectus.* Sed an ſit probãda cauſa ſuſpicionis? Reſpõ. ſic. aliàs quare ſpecificarentur hæ cauſę, cum ſemper dicere poſſet, habeo te ſuſpectũ? ſecus in iudice recuſato: vt.C.de iudi. l.apertiſſimi. notatiimus ſecundũ nos. Sed de iure canonico etiã eſt ibi cauſa allegãda & probãda: vt extra de ap. ſecũdò requiris.

Suſpicionis cauſa an ſemper debeat ꝓbari.

ſ *Vt adfinitate.* quia tunc eſſet iniquum compelli eſſe contra adfinem, & etiam iſti periculoſum: vt. C. de excu. tuto.l.humanitatis.

t *Vt longa.* ſemper repete, ſi. Accurſius.



UNED

a Mutari. Vel ipſo. vel, pro etiam: quaſi dicat non ſolùm domino petente, ſed etiam procuratore. A

b *Vel ipſo.* Vel ipſe procurator vel vterque hoc dicit. & tunc dic vel, pro etiam. vel alter tantùm. nam & rei poteſt intereſſe in mutatione tali: quia omnia de nouo narrari oportebit.

Mutari [a] debebit vel ipſo [b] procuratore poſtulante.

XXV. Vlpianus *libro nono ad Edictum.*

Quæ omnia nõ ſolùm ex parte rei, ſed etiam in perſona actoris [c] obſeruabuntur.

Suſpectus eſt qui ſe ingerit: & audiendus eſt qui vult ſuum pudorem purgare. Bartolus.

B Sed aduerſarius, vel ipſe procurator dicat dominum mentiri: [d] apud prætorem hæc finiri oportet. Nec ferendus eſt procurator qui ſibi adſerit procurationem. nam hoc ipſo ſuſpectus [e] eſt, qui operam ſuam ingerit inuito: niſi fortè purgare magis cõuicium, [f] quàm procurationẽ exequi maluit. Et hactenus erit audiendus, ſi dicat ſe procuratione quidem carere velle, ſed ſi id inlæſa exiſtimatione ſua fiat. Cæterùm [g] ferendus erit pudorem ſuum purgans.

Si dicat in rem ſuam ſe conſtitutum, vel velle retentione vti, ſeu in totum reuocari: audiendus eſt procurator reuocationem recuſans. hoc dicit cum. l. ſeq. vſque ad §. ſi ex parte. Bartolus.

Planè ſi dicat in rem ſuam ſe procuratorem datum, & hoc probauerit: non debet carere propria lite. [h] Item ſi retentione [i] aliqua procurator vti velit, non facilè [k] ab eo lis erit transferenda:

XXVI. Pavlvs *libro octauo ad Edictum.*

Niſi dominus ei ſoluere paratus ſit.

Stipulatio iudicatum ſolui, cõmittitur ſiue à domino in procuratorẽ, vel ecõuerſo in alium procuratorẽ iudicium transfertur: & in iudiciis per procuratorem quęritur domino vtilis actio. Bart.

XXVII. Vlpianvs *libro nono ad Edictum.*

In cauſę cognitione etiam hoc verſabitur, vt ita demum transferri à procuratore iudicium permittatur, ſi quis omnia iudicij ab eo transferre paratus ſit. Cęterùm ſi velit quædam transferre, quædam relinquere: iuſtè procurator C hanc conſtantiam † recuſabit: [l] ſed hæc ita, [m] ſi mandato domini procurator egit. Cęterùm ſi mandatum non eſt, cum neque in iudicium quicquam deduxerit, nec tu ea comprobaſti: quæ inuito te [n] acta ſunt, tibi non præiudicant: ideoque tranſlatio earum litium non eſt tibi neceſſaria, ne alieno facto onereris. [o] Hæc autẽ

† ſic in archetypo. ſed rectius incõſtantiam in vet. manuſcriptis legitur. Taurel. in adnotat.

Quæ omnia.] Casvs. Dicitur ꝙ ex omnibus illis cauſis quæ numeratæ ſunt. ſ. eo. l. filius. §. fin. cum. l. ſeq. poteſt procurator remoueri: & dominus poteſt procuratorem remouere vel reiicere. & ſubiicit quaſdã alias cauſas quibus remouetur procurator vel reiicitur, etiam lite cum eo conteſta. quas enumerat vſquę ad hanc. l. quæ omnia. exinde dicit, ſupradicta locum habent etiam in actore, ſcilicet vt actor remouere poſſit ex ſupradictis cauſis procuratorem ſuum, æque ac reus. [Sed et si adversarivs.] Conſtitui procuratorem vt aduerſus te ageret: & litem conteſtatus fuit procurator. vnde peto modò hunc procuratorẽ remoueri, allegata aliqua cauſa de ſupradictis: quia dico eum factũ affinẽ aduerſarij: ipſe procurator dicit me mentiri. Dicitur quòd cauſa iſta examinãda erit coram iudice, & procurator ille meus nõ adminiſtrabit interim, niſi in quatuor caſibus. Primus eſt, ſi ipſe procurator non vult dimittere procurationem in omnem euentum: ſed vult interim adminiſtrare lite iſta ſuſpecti pendente, & hoc ideo facit, vt ſeruetur honor ſuus. Secundus caſus eſt, ſi fuit procurator in rem ſuam. Tertius caſus, quando ipſe pro aliqua iuſta cauſa impendit. Quartus, quando partem dominus vult reuocare, & partem dimittere. his enim quatuor caſibus non reiicitur procurator ab adminiſtratione: ſed interim adminiſtrabit. & hæc vſque ad. §. ſed hæc ita. iſtius. l. in cauſæ. exinde dicit quòd ſupradicta locum habent ſi iſti procuratori mandaui: aliter mihi domino præiudicaui.

c *Actoris.* vt poſſit reiici etiam ante lit. conteſt. Sed an ipſe ſe excuſare poſſit? Reſpon. ſic: vt. ſ. l. proxi.

d *Mentiri.* in eo quòd allegat aliquam de ſupradictis cauſis, ex qua procuratorem remouere vult: hoc certè debet finiri, id eſt inquiri & terminari an mentiatur dominus: & tunc remaneat procurator in procuratione: an mentiatur procurator: & tunc repellatur. nec interim debet adminiſtrare donec cauſa huius ſuſpicionis tractetur: licèt hoc aſſerat & petat procurator: vt ſubiicit hîc, nec ferendus eſt, &c. vt inſti. [a] de ſuſpe. tuto. §. ſi quis. &. C. de ſuſpe. tuto. eum quem. & infra de ſol. & li. quod ſi fortè. niſi in quatuor caſibus qui ſubiiciuntur ſtatim. primus quando ad exonerationem ſuæ famæ. ſecundus quãdo in rem ſuam. tertius quando expendit de ſuo quod vult retinere. quartus quando dominus partim vult reuocare, partim dimittere: vt infra eo. l. ſeq. & l. in cauſæ. in prin.

[a In hãc ſententiã Ariſtotel. lib. 2. Polit. ca. 7.

e *Suſpectus.* ergo quãdocunque vellem remouere, ſi allegauero aliquam cauſam etiam falſò: niſi recedat, videtur ſuſpectus: & ex tunc remouebitur per legem iſtam: vt ſupra eo. item ſi ſuſpectus. Sed reſpon. ſi procurator ſolus reſiſtit, verum eſt. ſi autem aduerſarius ſolus, vel aduerſarius & procurator, tunc non. Vel dic haberi ſuſpectum qualitercunque: ſed non tantùm quòd remoueatur vt ſuſpectus. Vel dic remoueri interim dum cauſa remotionis inquiritur: niſi in quatuor caſibus, quos ſupra not. Item not. hîc arg. quòd quis eſt ſuſpectus, quia ſe ingerit. ſic infra de iur. immu. ſemper. §. conductores. in fin. &. C. qui mili. non poſſ. l. cura. lib. xij. & infra ad. l. Corne. de fal. l. vxori. §. qui ſe. & infra de teſt. tu. l. ex ſententia.

Suſpectus eſt qui ſe ingerit.

f *Conuicium.* quia ſuſpectus dicebatur à domino: & ipſe dicit ſe omnino velle à procuratione recedere finita cauſa ſuſpecti, quẽcunque exitum habuerit. Et ſic nota quòd parcitur verecũdiæ alicuius. ſic infra de don. ſi patronus. j. reſpon. & infra de fur. l. pe. & §. quod vi aut clam. l. j. §. fi. &. C. qui ma. non poſ. diuo. & ſupra de conſtit. princ. illud. & C. de fide inſtru. l. fin. &. j. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. iij. §. j. & infra man. Quintus Mucius. in fin. j. reſpon.

Verecundiæ quandoque parcitur.

g *Cæterùm.* iſtud cęterùm, nõ proximo ſuperiori aduerſatur: quia magis cõfirmat quàm aduerſetur: ſed aduerſatur ei quod ſupra in princ. §. dicit, nam hoc ipſo, &c. quaſi dicat ſed ferendus eſt, &c. vt ſit quaſi expoſitio illius, niſi fortè, &c. vel dic quòd ponitur expoſitiuè pro certè.

h *Lite.* nec etiam remoueri debet, cũ cauſa ſua ſit: vt hîc, &. j. eo. procuratore. Et no. ſ. eo. ante litẽ. & intellige hîc lit. conteſt. per hoc quod dicit, propria lite. ante enim remoueri vel reuocari poſſet, niſi in tribus caſibꝰ: vt. C. de noua. l. iij. &. j. de cõpen. l. in rẽ. & dic vt ibi in gloſ. j.

i *Item ſi retentione.* ſcilicet expenſarum à ſe in lite factarum.

k *Non facilè.* id eſt nullo modo, niſi, &c. vt. j. l. proxi.

D In cau.] Si ex parte.] Tres caſus ponit. §. iſte. Primus eſt: Egi aduerſus te, & accepi ſatiſdationem iudicatum ſolui pro tuo procuratore. poſtea hanc litem in aliquem procuratorem tranſtuli. Dicitur hîc quòd committitur ſtipulatio iudi. ſol. Secundus eſt, quando conſtitui ab initio procuratorem: & ipſe accepit à reo ſatiſdationem iudi. ſol. ſecundum prædictã formam: & litem conteſtatus eſt: & hanc litem in alium procuratorem tranſtulit. nam & hîc committitur ſtipulatio iudi. ſol. Vltimò dicit quis agat: & dicit hanc act. dominum habere vtilem, & procuratorem habere directam, ſed inefficaciter. dubiũ non eſt quin ſemper habeat dominus actio. vtilem, quæ præfertur directæ, quamuis per procuratorem lis ſit peracta. Viuianus.

l *Recuſabit.* hoc poſt litem conteſtatam. Sed quid ſi ante? Reſpon. idem: licèt ipſe procurator quibuſdam poſſit renunciare, licèt non omnibus velit: vt inſtit. man. §. fina. Et not. hîc inconſtantiam recuſari: vt. j. ad exhiben. Celſus. §. idem * Celſus. &. j. E de dam. infect. l. prætor. §. vnde quæritur. & in authen. de here. & fal. §. non autem dabimus. colla. j. & infra de leg. commiſſo. poſt diem. &. j. de vſur. Gaius. in fin. &. j. de admi. tu. l. cum quæritur. &. C. de iur. delib. quidam. &. j. de ope. liber. ſi ita ſtipulatio. in gloſ. fin. & de bon. li. l. & ſi ex modica. §. vlti. cum. l. ſeq. &. j. pro derelicto. l. an pars. in fi. &. C. de inoffi. teſta. filia. &. j. de inſtito. ſed & ſi pupillus. §. item ſi plures. verſi. ſed & ſi aliàs. &. j. de leg. j. legatarius. &. C. de agri. & cenſi. quemadmodum. lib. xj. quandoque tamen ſuſtinetur: vt. j. de act. empt. ſi ſterilis. §. fin. &. j. de lib. lega. l. Aurelianus. §. pen. & ſupra de tranſact. cum hi. §. qui tranſigit. & infra re. amo. de rebus.

Inconſtantia recuſatur. *item.

m *Hæc ita.* ſcilicet quòd repellatur procurator poſt litis conteſtationem cauſa cognita. Accurſius.

n *Inuito te.* id eſt, te nolente: vt. j. de iudi. licet.

o *Onereris.* quod eſſe non debet. infra de alie. iud. mu. cau. fac. l. j. in princip.

Hac

UNED

a *Hæc autem cognitio*.de qua habuimus.ſ.eo.l.quæ omnia.§.j.
b *Prætoris*.vnde videtur quòd non poſſit delegari:vt.ſ. de offic. eius cui man.eſt iur.l.j.j. reſpon. Sed dic contra ſecundum Azo. & Hu.& ſine libello poterit cognoſci, & à quolibet iudice.
c *Tranſlatio*.de domino in procuratorem.

cognitio [a] procuratoris mutandi, *prætoris [b] eſt. Si ex parte actoris litis tranſlatio [c] fiat, dicimus committi iudicatum ſolui [d] ſtipulationem à reo [e] factam. idque & Neratius probat, & Iulianus: & hoc iure vtimur, ſcilicet ſi dominus ſatis accepit. Sed & ſi procurator ſatis accepit, & transferatur iudicium in dominum: verius eſt committi, [f] & ex ſtipulatu actionem à procuratore [g] in dominum transferri. [h] Sed & ſi à domino [i] vel à procuratore in procuratorem iudicium transferatur, non dubitat Marcellus quin committatur ſtipulatio. & hæc vera ſunt. Et licèt procuratori [k] commiſſa ſit ſtipulatio: [l] tamen domino erit danda vtilis ex ſtipulatu [m] actio, directa penitus tollenda. [n]

Ex ſtipulatione procuratoris, & ex ſententia pro eo lata, domino competit vtilis actio: & ſimplex procurator non poteſt agere iudicati. Bartolus.

XXXVIII. IDEM *libro primo Diſputationum.*

*No.quòd etiã poſt litem conteſt. procurator poteſt reuocari.l.ante litẽ.cũ ſeq. ſ.eo.& talis cauſa eſt ſummaria, vt hîc in glo. ad verb.prætoris.Lud. Ro.in ſingularib.ſuis in verb. procurator.Bolog.

d *Iudicatum ſolui*. lata ſententia pro procuratore.
e *A reo*. ſcilicet volente: vt argu. ſupra ſi quis cau. ſed & ſi. §. ſi. nec enim cogitur: vt inſtitu.de ſatiſda.§. ſed hodie. quæ eſt contra. Alij dicunt hanc corrigi. Vel expone hîc à reo,ſcilicet pro procuratore ſuo:cum pro eo reus habeat ſatiſdare: vt inſtitu. de ſatiſda. §. ſinautem. verſi. ſi vero aliquis.
f *Cõmitti*. imò non videtur committi mutatione huius impediente:vt infra quibus mo. pig. vel hypo. ſol.l.j.§. ſi. quæ eſt contra. &.j. iud. ſol. l. ſi ante. quæ eſt contra. Sol. dicunt quidã illud ante lit.cõteſt.hoc poſt. Tu dic ꝙ illud in procuratore rei:hoc in procuratore actoris.Sed cur tam variè? Reſpon.vt diximus ſupra qui ſatiſda. cog. Iulianus.
g *A procuratore*.in dominũ in quẽ tranſit iudicium lite pendente.
h *Transferri*. Sed qualiter fit hæc tranſlatio? Reſpon.ante lit.conteſt. ſola domini ſufficit reuocatio: vt.ſ.eo. ante.poſt lit.conteſtationem,quia quaſi dominus litis factus eſt procurator: vt.C.eo.l.nulla.&.l. procuratoribus. oportet quòd illud ius cedat:quod etiã inter abſentes fieri poterit: vt arg.ſ. eo. l.vel exilio.Sed quid de ceſſione [b] cuiuſlibet actionis,an inter abſentes fieri poterit? Reſpon.ſic,vt quilibet procurator: vt.ſ.eo.l. j.§.j.ſecus in delegatione:vt.C.de noua.l.j.

b] Iſta gloſ. eſt valde nota.& menti tenendã, ſecundũ Bal. nec reperitur alibi ad hoc quod vitiũ litigioſi nõ impedit ceſſionẽ inſtantiæ.

i *Sed & ſi à domino*. hunc caſum dixerat quando de domino in procuratorem:ſed vt alium addat, repetit. tres enim ſunt in hoc §.ſi ex parte.
k *Procuratori*.ſcilicet ſtipulanti.
l *Stipulatio*.vt in ſecundo & vltimo caſu.
m *Vtilis ex ſtipulatu*.Not.ſpeciale vt per liberam perſonam actio adquiratur.regulariter autem cõtra:vt.C.per quas perſo. no.adqui.l.j.quæ eſt contra.& hoc propter auctoritatem *iudiciorum. imò ideo,quia eſt prætoria:& quælibet prætoria etiam per procuratorem quæritur:vt infra de præto.ſtipu.l.j.&.l. in omnibus. ſunt & alij multi ſpeciales quos enumerauimus inſti.de inuti.ſtipul.§.ei.qui.
n *Directa penitus tollenda*. Not. vtilem præualere directæ: vt.j.ſi ager vec.l.j.&.ij.& præualet ipſo iure exactione facta,vel per exceptionem ſi non exegit:vt.j.de ſolu.hoc iure.&.j.l.proxi.§.j.

*SI procurator*.] CASVS.Hæc lex cum ſuperiori continuatur: & caſus eius eſt talis:Ego actor conſtitui procuratorem vt ageret aduerſus aliquem:& accepit ipſe procurator cautionem iudi. ſol.& egit,& obtinuit. Dicitur hîc quòd ego dominus habeo actionem vtilem ex ſtipulatu:& actionẽ in factum ex re iudi. Sed & ſi agat vtili,præfertur:quia habet iam directam: niſi in tribus caſibus in quibus habet actionem iudicati procurator. Primus eſt,ſi fuerit procurator in rem ſuã.Secũdus,ſi ad hoc eum ſpecialiter inſtitui. & iſti duo ſunt hic. Tertius caſus eſt, quando fecit impenſas:qui caſus eſt.j.eo.actoris.quæ lex in prin.continuatur. [PER CONTRARIVM.] Dictum eſt.ſ. de procuratore actoris: nunc de procuratore rei dicit. & caſus duos ponit hîc.§.Primus eſt, quando ego reus cõſtitui aliquem vt me defendat: iſte procurator ſatiſdabit iudi.ſol.Dicitur hîc quòd ſi talis procurator ſuccũbat:hoc caſu actio ex ſtipulatu in me non dabitur,ſed actio iudicati.ſed hoc non dicit hic:ſed.j.eo.l.Plautius. & de re iudi.l. iiij. Secũdus caſus eſt, qñ aliquis me ſine mandato defendit:quo caſu nec actione ex ſtipulatu,nec actione iudicati teneor. Viuia.
o *Si procurator meus*.id eſt mei actoris.
p *Vtilis*.vt hic,& ſupra.l.proxi.in fi.&.j.tit.j.l.fi.

SI procurator meus [o] iudicatum ſolui ſatis acceperit, mihi ex ſtipulatu actio vtilis [p] eſt:ſicui iudicati actio [q] mihi indulgetur. Sed & ſi egit [r] procurator meus ex ea ſtipulatione me inuito: nihilo minus tamen mihi ex ſtipulatu actio tribuetur. Quæ res facit vt procurator meus ex ſtipulatu agendo, exceptione debeat repelli: ſicuti cum agit iudicati non in rem ſuam datus, nec ad eam rem [ſ] procurator factus. Per contrarium autem [t] ſi procurator meus iudicatum ſolui ſatiſdederit: in me ex ſtipulatu actio non datur. [u] Sed & ſi defenſor [x] meus ſatiſdederit, in me ex ſtipulatu actio non datur:quia nec iudicati mecum agi poteſt. [y]

Iſta eſt bona & not. l. & breuiter hoc intendit: Poteſt quis eligere dominum conuenire potius quàm procuratorem in rem ſuam ſi eum putat legaliorẽ. Bartolus.

XXIX. IDEM *libro nono ad Edictum.*

SI actor [z] malit dominum potius conuenire,quàm eum qui

q *Iudicati actio*.ſic & in tutore.vt.j.quando ex fac.tut.l.tutor. nec ob. quia per liberam perſonam adquiro: vt. C. per quas perſo. no. adqui.l.j.quæ eſt contra: quia hoc ſpeciale eſt in prætoriis:vt.j. de præto.ſtipu.l. in omnibus.
r *Sed & ſi egit*. ſcilicet directa.
ſ *Ad eandem rem*. exigendam. ſ. ad iudicati act. & ſic his duobus caſibus agit iudicati procurator,& alio tertio:vt.j.eo.l.actoris.
t *Per contrarium autem*. quia ſupradicta locum habent ex parte actoris, non rei. Item.ſ.dixit actori per procuratorem quæri:hic reum per procuratorem nõ teneri.& ſic eſt contrarietas tã in factò quàm in iure.& in primo ponit de eo qui habet mãdatum: & ideo dicitur procurator: vt hîc, & ſupra loc.l.j.j. reſpõ.& poſtea de eo qui nõ habet mandatum.
u *Non datur*. ſcilicet directa, ſed vtilis ſic ſecundum quoſdam: vt argu.j.de re iudi. l. iiij. ſicut & per procuratorem adquiritur vtilis: vt.ſ.ea.l. Tu dic nec vtilis nec directa,vt hîc:licèt detur actio iudicati:vt.j.eo.l. Plautius.& in.d.l.iiij.de re iud. quod nec hic negatur. Sed quare vtilis per procura.adquiritur,& non grauatur ex eius promiſſione? Reſpon.quia cõditio domini per procuratorem deterior fieri nõ debet:vt.j.eo.l. ignorantis. eſſet autẽ deterior ſi dominus ex hac promiſſione procuratoris cõueniretur: cum ſi ipſemet iudicium ſuſcepiſſet,nihil ipſe promiſiſſet. At econtra ſi egiſſet per ſe,eandem cautelam ſibi adhibuiſſet,quæ non debuit ſibi auferri, licèt per procuratorem egerit,& per procuratorem ſtipulatus fuerit. Item facilius debet mihi adquiri quàm grauer. nam emptori hereditatis actiones vtiles cõtra hereditarios debitores dãtur, non tamen in eundem: vt. C. de pact.l.ij.& de here.ven. l.ij. &.ſ. de pac.l.ſi cum emptore.ſed videtur adhuc me teneri: ſicut ex promiſſione inſtituti tenetur inſtitor:vt.j.de inſtito.act.ſi quid mancipiis.in princ.quæ eſt contra.ſed ibi ſpeciale in inſtitore. Vel verius dic,quòd ſi ipſe dominus ibi contraxiſſet, idem promiſiſſet: vt.j.de act.emp.& ven.l.Iulianus.§.ſi procurator.
x *Defenſor*.ſine mandato.
y *Poteſt*. vt hîc, &.j.eod. Plautius.in fin. ſed hæc mala eſt ratio: quia in proximo ſuperiori reſpõ.non datur actio iudicati in procuratorem:& tamen ex ſtipulatione datur:vt ibi diximus.
z *SI actor*.Caſum ponit in hac.l.Pla.& Aldricus per.l.j.de noxa.de illo.&.l.electio.& per.l.j.de peti.here.l.etiam ſi.§.itẽ ſi quis dolo.Et poteſt poni caſus tribus aliis modis.Primo, conueniebas me rei vin.nomine vel ratione libri.hunc alienaui poſt lit.conteſt.vel ante cauſa mutandi iudicij.potes vel me vel illum cui alienaui,conuenire.ſed hunc reproba: quia non procurator, ſed dominus hic debet dici: niſi dicas quòd donaui tibi id quod ex lite fueris cõſecutus:non vt tradiderim rei dominium. Secundo pone:cõuenis me tu qui es emptor hereditatis. poſſum vel te vel venditorem eundem heredem reconuenire. ſed etiam hunc reproba:quia non poſſum te,niſi ſponte velis,recõuenire: vt.C. de here. vel act. ven.l. ij.&.C. de pac. l. ij. ſed certè imò eſt bona poſitio: quia aliud eſt conueniri, & aliud reconueniri. ſed aliud eam reſcindit:quia ex cauſa non lucratiua.infra eo.ſi quis in rem. Tertiò ſecũdum Io.& melius dicas quòd procurator quidã

Cõueniri & reconueniri differunt.

ff. Vetus. m ij

factus eſt in rem ſuam, contra me ſibi ceſſa actione egit, & ſatiſdedit de defenſione in alia cauſa: quod facere debet: vt. ј. eo. ſed A & hæ. §. defendere. ſed poſtea ego volo conuenire eum ex cuius perſona ipſe egit contra me, non procuratorem: poſſum. ſed & procuratorē poſſum: quia ex cauſa lucratiua ſit factus. ſed ſecundum hoc quid proderit alicui procuratorē facere in rem ſuā: cum nihilominus ad voluntatē aduerſarij ipſe litigare teneatur? Reſpō. multùm: quia hoc tūc demū ſeruabitur, quādo domini perſona legalior eſt, & melius nouit factum: vt. C. eod. l. fi. aliàs inuito aduerſario per procuratorem litigo, & facio in rem ſuam, & iurabit de calumnia: vt. ј. fami. erci. l. planè. in fi. quæ eſt cōtr. & . ј. de noxa. de illo. & . l. ſeq. & inſtit. de his per quos age. poſ. §. penult.

† Bal hîc dicit iſtum textū ſing. ad hoc ꝙ licet procurator nō poſſit agere iudicati niſi ſit ei mandatū: tamē poteſt petere vt ſentētia exequatur vſque ad quātitatē per eū in cauſa expoſitam, ſi dominus nō eſt ſoluēdo. Bolog.

a *Qui in rem.* quia tráſfert in ſe iudiciū: vt. ј. de ſol. ſolutionem. Sed quid ſi actor dicat dominū litis legaliorem: procurator dicit ſe? cui credemus? actori.

a *Ctoris Soluendo.* A Not. in ſubſidium agi vbi aliàs non ageretur: vt. ſ̃. de eo per quem factum erit. l. fi. §. j. agit & in aliis duobus: vt ſupra eo. l. ſi procurator. §. j. in fi. Accur.

in rem [a] ſuam procurator eſt: dicendum eſt ei licere.

XXX. PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

ACtoris † procurator non in rem ſuā datus, propter impēſas quas in litē fecit, poteſt deſiderare vt ſibi ex iudicatione ſatisfiat, ſi dominus litis ſoluendo [b] nō ſit.

B Si procurator ſuccedit cōdemnato, in eum fit executio: & pro portione hereditaria repetet à coheredibus. Bartolus.

XXXI. VLPIANVS *libro nono ad Edictum.*

SI quis cū procuratorio nomine condēnatus eſſet, heres extiterit domino litis: [c] iudicati actionē non rectè recuſabit. [d] hoc ſi ex aſſe. ſin autem ex parte heres extiterit, & totū [e] ſoluerit: ſi quidem ei mandatū eſt hoc quoq; vt ſoluat, mandati actionē aduerſus coheredes habebit, [f] ſi non ſit mandatū, negociorum geſtorū [g] actio datur. quod eſt [h] & ſi heres procurator non extiterit, & ſoluerit.* Vnius litis plurium perſonarum, [i] plures dari procuratores non eſt prohibitum. [k]

Per cōſtitutionē ſecūdi procuratoris videtur reuocari prim⁹. h.d.

Iulianus ait eū qui dedit diuerſis temporibus procuratores duos: [l] B poſteriorem dando, priorem prohibuiſſe videri. [m]

Per iſtam legē apponitur in inſtrumentis iſta clauſula, quòd non ſit melior conditio occupantis: & quod per vnum cœptum fuerit, alius poſſit proſequi & finire. de quo habemus hodie expreſſum in ca. ſi duo. de procura. lib. 6. Barto.

XXXII. PAVLVS *libro octauo ad Edictum.*

PLuribus procuratoribus in ſolidum ſimul datis, occupantis [n] melior conditio erit: vt C poſterior non ſit [o] in eo, quod prior petit, procurator.

SI *quis.*] CASVS. Egiſti aduerſus me, & litem conteſtatus es: ego reus poſt lit. conteſt. procuratorē mihi conſtitui: fui condemnatus. poſtea procur. meum heredem inſtitui: & ipſe heres extitit. nunquid fiet executio ſententiæ in procu? Reſpon. quòd ſic. vnde bene debet fieri in procu. executio. hoc autē verum eſt ſi fuit iſte procu. meus heres inſolidum. nam & ſi poſt lit. cōteſt. contra me reum ordinem procu. qui poſtea condemnatus eſt: ſi iſte procurator mihi exiſtat heres, pro parte ſcilicet fiet executio: & id quod ſoluit, recuperat ab heredibus, & pro partibus eorū, vel act. mandati ſi mandato coheredum ſoluit: vel act. neg. ſi ſine mandato. ſi autem iſte procur. mihi heres non exiſtat, dicitur hîc D quòd recuperat ab heredibus meis iſte procurator quod ſoluit vel act. mandati, vel neg. vt ſupra. [VNIVS.] Si plures ſunt rei credendi, puta tres: poſſunt tres conſtituere procuratores. Item ſi ſunt tres rei debendi, poſſunt tres procura. conſtitui. [IVLIANVS.] Hodie tradidi vnum procuratorem: cras dedi alium, & ſic diuerſis temporibus. Dicitur hîc, quòd dando poſteriorem procura. priorem videor remouiſſe. aut dedi ſimul, & inſolidum: tūc ſi vnus litem conteſtatur, alij non poſſunt agere pro illa re ſuper qua ille litem conteſtatus eſt: nec in illa re procur. videtur: vt. ј. l. proxi. quæ continuatur cum iſta. Viuianus.

c *Domino litis.* ergo ſi procurator lite conteſtata à domino interueniat, debet damnari: vt hîc. ſic enim dicitur dominus litis: vt. ј. eo. licet. §. ſi plures.

d *Recuſabit.* etiam ſi ſuo nomine conueniatur: vt infra de ſolu. Stichum. §. aditio.

e *Et totum.* non tamen inſolidum tenetur, ſcilicet act. in factum E de re iudi. ſecus ſi ex ſtipulatione ſua conueniatur: vt ſupra eo. ſi procurator in fin.

f *Habebit.* Sed ſi eſt mandatum: non eſt morte extinctum? Reſpon. eſt: ſed actio mandati durat ſi ſponte fiat: vnde non finitur: vt. ј. mand. l. ſi præcedente. in prin. Item hîc res non erat integra: vnde non finitur. & ſecundum hoc dic mandatū à defuncto. Vel planius dic mandatum coheredibus.

g *Negociorum geſtorum.* quia negocium pro parte potuit expediri:: aliàs daretur famil. erci. iudicium: vt infra famil. erci. heredes. §. ſi vnus.

h *Quod eſt.* ſcilicet vt agam mandati vel negociorum geſtorum, ſi ſoluit.

i *Perſonarum.* ſcilicet conuenientium vel conuentarum.

k *Prohibitum.* imò videtur prohibitum: vt. ј. iudi. ſol. iam tamen. §. ſi tamen plures. Sed dic quòd ibi loquitur de heredibus illius qui præſtiterat cautionem iudi. ſol. vnde vnus à principio fuit litigaturus, ſcilicet dominus defunctus.

l *Procuratores duos.* Quid ſi eundem? Videtur idem: vt. ј. manda. l. qui mutuam. §. non ideo.

m *Videri.* aliud in tutela: vt. C. de teſta. tut. & ſi à patre. ſed certè non eſt aliud: quia datus ibi poſtea in codicillis videtur teſtamēto datus, cum codicilli ad teſtamenta trahantur: vt. ј. de iure codi. diui. §. vlti. in glo. fin. Item aliud [a] in curatore: quia quando ad litē eſt, nō poteſt dari alius in eadem lite: vt. ј. de tute. l. cum ſemel. vel dic idem. & quod dicit nō poſſe remoueri: verum eſt ſine cauſa. nec etiam procurator, ſcilicet poſt lit. conteſt. ſed ante & ille & iſte liberè poteſt remoueri: vt ſ̃. eo. poſt litem conteſtatam. & . l. ante litem.

* Cō. l. 5. §. 6. ј. iudic. ſolui.

a] Iſta glo. eſt no. ſecūdum. Bal. ad hoc quòd curator dat⁹ ad lites minori etiā cū decreto poteſt reuocari ante lit. conteſt. ſicut ꝓcurator maioris. Bolo.

n *Pluribus. Occupātis.* & cōteſtando litem: vt in fi. l. vbi dicit, petiit: quod eſt poſt litem cōteſtatam, non ante: arg. ј. rem ra. ha. amplius. vt & in legato pluribus relicto: vt. ј. de lega. j. l. ſi pluribus. §. fi. aliter dicitur occupare in actione de peculio: quia qui prior ad ſentētiam peruenerit: vt infra de pec. ſi vero idem in noxali: vt infra de noxa. ſi quis à multis. aliàs nec vni nec alteri prodeſt occupare: vt. ј. vt in poſ. leg. is cui. §. qui prior. & infra de damno infect. ſi finita. §. Iulianus. & hoc niſi vni tantùm mandauerit de agendo: vt arg. infra eo. qui duos. Item melior conditio dicitur quo ad nutum [b] agentis: licèt ſit graue agere: vt argu. inſtitu. de act. §. præterea ſi quis generaliter. Sed quid ſi plures dedi, nec dixi inſolidum? Reſpon. pro parte agent: licèt in tutoribus aliud ſit: vt. ј. titu. ij. cum alicui. & infra de admi. tuto. l. decreto. §. fi. & . l. Lucius. §. j. & l. tutores. §. curatores. Nec ob. infra man. l. creditor. §. duobus. quia illud intelligas quando inſolidum cuilibet fuit mandatum. Accurſius.

b] Aliàs meritum.

o *Non ſit.* ſcilicet procurator.

SEruum.] CASVS. Vtrum filiusfa. poſſit procuratorem dare, quæritur. Et reſpon. quòd ſic. ſed in ſeruo dubitatur an poſſit procuratorem ordinare. Et reſpon. quòd ad iudicia ſeruus non poteſt procuratorem ordinare: ſed ad negocia gerenda ſeruus poteſt ordinare procu. [EVM.] Sed pone quòd aliquis litigat ſuper ſtatu ſuo: an iſte poſſit procu. ordinare, quæritur. Et reſpon. quòd iſte qui de ſtatu ſuo litigat, bene poteſt ordinare procura. ſiue ad negocia, ſiue ad lites. Itē iſte talis qui litigat de ſtatu ſuo, poteſt ab alio dari procura. [PVBLICE.] In tribus caſibus loquitur hic. §. Primo in ciuili: quia aliquis bene poteſt in ciuili cauſa ordinare procu. In ſecundo caſu loquitur ſcilicet quando aliquis abſentem poteſt defendere: hoc eſt abſentiæ cauſas allegare in cauſa criminali. & ſecundum hanc poſitionem non obſtat infra de pub. iu. l. penult. §. ad crimen. Tertio caſu loquitur: puta aliquis fuſtigandus vel relegandus erat: in quo tertio caſu poteſt quis abſentem plenè defendere, & cum effectu. Vel dic quòd volebat plenè defendere ſi volebat cauſas abſentiæ allegare: & hoc poteſt facere. [AIT PRAETOR.] Hoc dicit hic. §. quòd procurator actoris duo debet facere: ſcilicet quia debet cauere de rato, id eſt quòd dominus ratum habeat. Item debet cauere de defendendo, id eſt quòd defendat actorem dominum ſi recōuenire eum velit reus. hæc dicit prætor: & laudat Vlpianus, quia dicit quòd hoc æquum eſt quòd procura. actoris defendat actorem: & hoc quando eſt ſimplex procurator. Sed pone quòd ſit procu. in rem ſuam, defendere debet dominum quando ex cauſa lucratiua: vt quia ei actio manet. ſi autem non habet illam act, ex cauſa lucratiua, ſed ex alia cauſa, tunc dominum non defendet procurator: vt in. l. ſeq. quæ continuatur cum iſta: cuius caſus talis eſt: Titius erat creditor Seij. iſte Seius debitor inſtitutus fuit ab aliquo: cui hereditati iſte Titius creditor tenebatur. Seius

debitor

Seruus & filiusfamilias poſſunt cōſtituere procuratorē in his quæ ipſi facere poſſunt. Bartolus.

XXXIII. VLPIANVS *libro nono ad Edictum.*

SEruum quoque & filiusfamilias procuratorē poſſe habere aiunt. [a] Et quantum ad filiumfamilias verum [b] eſt: in ſeruo ſubſiſtimus. Et negocia quidem peculiaria † ſerui poſſe gerere aliquē, & hoc caſu procuratorē eius eſſe, admittimus: (quod & Labeoni videtur) actionē autem intendere [c] vetamus. [d] Eum verò qui de ſtatu ſuo litigat, [e] procuratorem habere poſſe nō dubitamus. *non ſolùm in adminiſtratione rerum, ſed etiam in actionibus quæ ei vel aduerſus eum [f] competant: ex poſſeſſione ſiue ſeruitutis, [g] ſiue libertatis de ſuo ſtatu litigat. Ex contrario quoque eum procuratorem [h] dari poſſe [i] manifeſtum eſt. Publicè vtile [k] eſt abſentes à quibuſcunque defendi. Nam & in capitalibus iudiciis defenſio [l] datur. [m] Vbicunque itaq; abſens quis damnari poteſt, ibi quemuis verba pro eo facientem, [n] & innocentiam [o] excuſantem, audiri æquum eſt, & ordinarium admittere. quod ex reſcripto imperatoris noſtri apparet.

Iuriſconſultus volens dicere de effectu mādati procuratoris, dixit primò de procuratore rei pro quo dominus ſatiſdedit, in.l.filius.§.1. vſque hîc. licèt incidenter multa dixit de procuratore actoris. nunc principaliter intendit dicere de mandato procuratoris actoris. & hoc proſequitur vſque ad.l.Pomponius. Et primò ponit edictum quod habet duo capita. primum de detentione, ſecundum de cautione de rato. primum caput exponitur vſque ad.l.non ſolùm.§.1. vbi incipit expoſitio ſecūdi capitis vſque ad.l.Pomponius. Bart.

Ait prætor: *Cuius nomine quis actionem dari ſibi poſtulabit,* [p] *is eum viri boni arbitratu defendat:* [q] *& ei* [r] *quo nomine aget, id ratum habere eum ad quem ea res pertinet, boni viri arbitratu ſatiſdet.*

Hîc incipit iuriſconſultus exponere verba edicti: & primò exponit ibi, cuius nomine quis, &c. & breuiter hoc intēdit: Simplex procurator in rem ſuam, nō factus ex neceſſitate, nec ex cauſa oneroſa, nec fraudulēta, tenetur defendere in cauſa reconuentionis. Barto.

Æquum † prætori viſum eſt, cum qui alicuius nomine procurator [ſ] experitur, eundem etiam defenſionem ſuſcipere. Si quis in rem ſuam procurator interueniat, adhuc erit dicendum debere eum defendere: niſi fortè ex neceſſitate [t] fuerit factus.

debitor idémque heres vendidit hereditatem. emptor hereditatis agebat aduerſus iſtum Titium. Titius autē petebat ſibi caueri quod iſte emptor defenderet Seium. vtrum teneatur emptor Seium defendere, ſi fiat per fraudē: puta ſi hac mēte vendit, quia ſciebat quòd ipſum de proprio debito non cōueniret, niſi illum prius de hereditate cōueniſſet: & hoc ſi emptor hanc fraudē participauit. Viuianus.

a *Aiunt.* ſcilicet ſapientes, & malè.

b *Verum eſt.* quia poteſt ad negocia & ad litē, ſed in lite diſtinguitur: quia ſi defendat, poteſt: ſi agat, poteſt, ſi actio ſibi cōpetat, non aliàs: vt.ſ.eo.filiusfa.

c *Intendere.* vtputa in iudicio.

d *Vetamus.* per procuratorē: vt hîc, &.ʒ.qui. ex cau. ma. l. ab hoſtibus. primo reſpon. vel etiam per ſe, niſi cœpta fuerit quæſtio ſui ſtatus: vt.ʒ.proxi.§.in fi.

e *Litigat.* vel vt actor vel vt reus: vt ſubiicit.

f *Eum.* ſ. poteſt facere procuratorem in actionibus quę competunt ei contra quemlibet, & hoc ſiue, &c.

g *Seruitutis.* imò prout prouocat de poſſeſſione ſeruitutis in libertatem, nō videtur quòd poſſit habere procuratorē. C.de aſſer. tol.l.j. quæ eſt contra. Sol. illud ius nouum corrigit iſtud ſecundum quoſdam. Alij diſtinguunt an non ſit lis conteſtata in quæſtione ſtatus: vt tunc non poſſit: vt ibi. an ſit, & tunc poſſit: vt hîc: arg. ad hanc l.ʒ. man. ſi procuratorem.§.j.& arg.C.de procu.neque.&.l.procuratoribus. quia pro libero habetur extunc poſt lit.conteſt. vt infra de lib.cau.ordinata.&. C. de lib.cau.l.lite. Tu dic quòd ibi prohibetur habere procuratorem in cauſa ſtatus: hîc autem permittitur in aliis: licèt de ſtatu ſuo litigetur.

†Dic ſecundū Bal. idem eſſe dicendū in monacho cui eſt commiſſa prædiorū adminiſtratio. nam monachus & ſeruus æquiparantur: vt not. Inno. in c.cum olim.de priuileg.

* Sic diſpūgendum eſt ſion per cōma: vt Taurell. diſpūxerat. alioqui ſequētia verba de ſtatu ſuo litigat, eſſent ſuperflua.

h *Procuratorem.* de ſuo ſtatu litigantem. Sed nunquid ad omnia? quidam ad negocia. Tu dic ad omnia, etiam ad litem: ex hac litera, & arg. infra ex qui.cau.ma.l.is autem qui.

i *Poſſe.* ſcilicet ab alio.

k *Publicè vtile.* Quid ſit vtile, habes hîc, &.ʒ. de ope.no.nun.l. nam reipublicæ intereſt quàm plurimos ad defendendam ſuam cauſam admitti.&.ʒ.titu.j.l.j.§.fin. vbi ad ſimilitudinem cuiuſlibet priuati permittitur cuilibet defendere rempublicam: vt.C. eo.exigendi. vbi abſentiæ cauſas allegat: ibi, iuſtius eſt filium patris defenſorem audire, quàm abſentem patrem quaſi contumacem & indefenſum graui condemnatione affici.

l *Defenſio.* ad allegandas cauſas abſentiæ, ſecundum Io.

m *Datur.* huic.§.eſt contra.ʒ. de pu.iu.l.pe.§.ad crimen. Sol. vt tollas omnem dubietatē, diſtingue tria genera cauſarum. Primū capitale, & omne quo imponitur pœna vſque ad relegationem deſcenſiuè: vt incipiamus à ſuperiori vſque ad relegationē: & excluſiuè, vt relegationē non contineat. Secundum vbi imponitur pœna relegationis, & infra vt motionis ab ordine, & ſimilium. Tertiū ciuilium cauſarū. In primo dic regulariter non poſſe conſtitui procuratorē: vt.l.contraria. &.ʒ.an per alium cauſæ app.l. j.§.j.&.ij. Huic opponitur de eo quod eſt.ʒ.de app. Lucius. ſed ibi dominus vel procurator domini ad ſerui defenſionē admittebatur: nō tanquā pro alio, ſed pro ſe, cum ſua interſit. Item huic opponitur. C.de iniur.l.fi. ſed illud ſpeciale eſt in illuſtribus. Itē prædictæ regulæ obiicitur quod hîc dicit, nam & in cap. &c. ſed M.dicit hîc lit.conteſt. quod reproba: vt.C.eo.nihil. Tu dic, ſecundum Io. quòd hîc non defendebat vt ipſemet dominus: ſed cauſam abſentiæ tantùm allegabat, & dilationem petebat: & ſic intelligitur. C.de accu.l.reos. Sed quid prodeſt huiuſmodi cauſas abſentiæ allegare, cum donec abſens eſt damnari nō poteſt: vt.ʒ. de pœnis. l. abſentem. j.reſpon? Reſpon. quia aliqua pecuniaria pœna ei imponitur quandoque: vt in d.l.abſentem.§.j.in fi. Item quia requirūtur & annotātur bona eius: vt.ʒ.de requi.re.l.j.in fi. In ſecundo genere cauſarū dic quòd poteſt dari procurator tali ratione: quia in eis poteſt dari ſentētia in abſentem: vt.ʒ.de pœn.l.abſentē.§.aduerſus.ibi, ſi ſępius. ergo & per procuratorē defendi: cum hæc duo pariter ſe habeant: vt hîc, vbicunque, &c. Itē alia ratione, ſi prohibetur dari in capitali, & deſcēſiuè vſque ad illa crimina quę relegationē imponunt: vt.ʒ. an per aliū cauſæ ap. l.j.§. ſed & ſi ea ſit cauſa. ergo in aliis inferioribus permiſiſſe videtur: vt.ʒ.de iudi.l. cum prætor.in prin.& ſub iſto genere etiam poteſt poni quod eſt. ʒ.eo.ſed & hæ.§.j.&.l. non ſolum.§.fi.&.ʒ.de accu.leuia. In tertio genere dic quòd poteſt dari: vt.ſ.eo.l.j.§. vſus. & hîc in prin. huius.§. & ſecundum hoc iſte §.tribus coloribus coloratur. nam primo de pecuniariis cauſis dicit: quod probat ab eo de quo minus videbatur ineſſe, ſcilicet in capitalibus. & ſic dicit de primo & tertio genere cauſarum. In tertia autem parte.§.ibi, vbicunque, &c. incipit dicere de ſecūdo genere cauſarum. & quod dicit, verba facientem: ſupple, & plenariè etiam defendentē. Sed in quem ſententia dabitur? Reſpon. in dominum cuius iſte eſt defenſor: vt arg.C.de iniur.l.fi. vel ſi vis dicas in tertio caſu.§.quod loquitur vt dixi, in ſecundo genere cauſarum: ſed nolebat plenè defendere: ſed tantùm cauſas abſentiæ proponere: quod poteſt: quia ſufficit ſi cui, &c. vt.C.de neg.geſt.tutori.& ſecūdum hunc ſenſum & fœmina & minor admittitur: vt hîc innuitur.

†Concor. tex ī.c. iniudiciis &.c. non licet. de reg.iu.li.6. in.c.prudētia.de mu. petitio.extra. addo bene facere text.in cap. dilecti.de iudi.extra.

n *Pro eo facientem.* & plenariè etiā defendentē, ſecundū primam.

o *Innocentiam.* ſcilicet criminis de quo accuſatur: de quo imponitur pœna relegationis, vel remotionis ab ordine.

p *Poſtulabit.* vt ſupra de orig.iur.l.ij.§.omnium.

q *Defendat.* cum ſtatim vult agere. aliàs cauet de defendendo quando agere volet: vt.ʒ. rerum amo.l.& ideo.§.fi.niſi in caſu: vt ʒ.eo.mutus.§. in popularibus. ſed ibi ſuo nomine magis agebat. Item cauet de iudi.ſol.ſi reconuenitur, ſecundum Hu.vt.ʒ. eo.ſi minor.§.fi.cum duobus.ll.ſequen.

r *Et ei.* ſic conſtrue: Et ſatiſdabit ei. ſcilicet contra quem agit: eum ad quem ea res pertinet. id eſt dominum, habiturum id ratum quo nomine agit. Et hæc ſatiſdatio fit arbitrio boni viri, cum fideiuſſoribus tamē: vt.ʒ.de præto.ſtipu.prętoriæ. vel quòd habebit ratū boni viri arbitrio: vt arg.ʒ.de ſol.l.ratum.&.ʒ.rem ra.ha.l.quo enim. Vel referas ad vtrunque eodem modo quo dictum eſt. Hæc ſecunda cautio præſtatur niſi conſtet de mādato: vt.ʒ.eo.l.ſi procurator.&.ʒ.vt in poſ.leg.ſi is à quo.§.primo.

ſ *Vt procurator.* ſecus enim in tutore, ſecundum H.vt.ʒ.de admi. tu.l.vel in partes. vel aliter illam expone vt ibi patet. Accurſius.

t *Ex neceſſitate.* veluti cum debitor inops creditori cedit

Voluntariū ab initio, ex poſt facto fit neceſſarium.

actionem quam ſolam habet, ſecundum M. vel dic, quòd promiſſio præceſſit ceſſionem. vnde licèt ab initio fuerit voluntatis: vt. C. de act. & ob. l. ſicut. tamen poſtea factum eſt neceſſitatis: vt C. de iu. do. l. j. Vel dic tertiò, quòd ex cauſa non lucratiua: vt. ϳ. l. proxi. & hoc ideo, quia talia fiunt ex neceſſitate rei familiaris: vt. C. de reſcin. vend. l. non idcirco. in quibus non eſt liberalitas: vt infra de adi. leg. l. rem legatam.

a **S** *I quis. Nomine.* puta intẽtans directas actiones ſibi mandatas, & nomine domini. Quid autẽ ſi vtiles, & ſuo nomine: & pone ex cauſa lucratiua: nūquid cogitur defendere dominū? Fortè non. nam lex ſcripta eſt: qui alicuius nomine, &c. vt. ſ. l. proxi. §. æquum. & facit. ϳ. eo. procuratore. ſic enim & in ſacramẽto calumniæ diſtinxit P. & Io. arg. tamen cõtra. ϳ. eo. nõ ſolùm. §. ſed interdum. & §. ſed & ſi. [ADDIT.] Solue ſecundum B. & dic quòd licèt ibi videatur agere ſuo nomine: agit tamen ad alienum commodum: hîc verò agit ſuo nomine, & ad ſuum cõmodum intentando vtiles.

† Not. text. ſecūdū Bal. quæ dicantur cõiūctæ perſonæ, & in quantum dicit de affinitate, intellige ſecūdū Bal. cauſa affinitatis durante, non ceſſante: nã cauſa ceſſante, ceſſat ipſa affinitas.

b *Et nõ in fraudem.* Sed qualiter fit fraus iſta? Reſpon. aliquis eſt creditor meus, & debitor cuiuſdam hereditatis quæ ad me pertinere cœpit: ſcio quòd non cõueniet me de proprio debito, niſi eum conueniam de hereditario. vnde alij hereditatem vendo. certè emptor idémque procurator in rem ſuam tenetur me defendere: quia in fraudē fuerit facta ceſſio. ſed hoc videtur falſum: quia nõ debet nocere dolus auctoris ei qui cauſam lucratiuam non habet: vt. ϳ. quæ in frau. cre. l. qui autem. §. hoc edictum. & de do. excep. apud. §. de auctoris. &. §. ſi quis autem. Sed dic quòd ipſe participauit, vnde magis ſuus dolus dicitur ei nocere. Collige ergo procuratorem debere defendere in tribus caſibus. vbi eſt procurator ſimplex, nõ in rem ſuam. Item vbi eſt in rem ſuam ex cauſa lucratiua: vt. ſ. l. proxi. §. æquum. & §. fi. in princ. Item vbi eſt ex cauſa non lucratiua, ſed in fraudem creditorū: vt hîc. In quarto verò non. id eſt vbi ex cauſa lucratiua & non in fraudem creditorum: vt hac. l. dicitur. Sed contra. ϳ. eo. pater. in fi. Sed dic, ibi erat cauſa lucratiua, ſcilicet legati. Sed an iure compenſationis? credo quòd non: arg. C. de compen. l. ij.

Procurator in tribus caſibus defendere tenetur.

Procurator in rem ſuam tenetur defendere dominum, ſi eſt ex cauſa lucratiua. Item ex non lucratiua, ſi facta eſt in fraudem creditorum. Albe. de Ro.

XXXIIII. GAIVS *libro tertio ad Edictum Prouinciale.*

**S** I quis in rem ſuam procuratorio nomine [a] agit, veluti emptor hereditatis: an debeat inuicē venditorē defendere? Et placet, ſi bona fide, & nõ in fraudem [b] eorum qui inuicem agere vellēt, geſtum ſit negocium, non oportere eum inuicem defendere.

Qui agit pro alio vt coniuncta perſona, tenetur in cauſa reconuentionis defendere. Barto.

XXXV. VLPIANVS *libro nono ad Edictum.*

**S** Ed & hæ perſonæ procuratorum [c] debebunt defendere, [d] quibus ſine mandato [e] agere licet: vtputa liberi, [f] licèt ſint in poteſtate: item parentes, & fratres, & adfines, † & liberti. [g]

Quando cauſa ſtatus agitur ciuiliter, admittitur procurator: ſed quando agitur criminaliter, non admittitur procurator. Bart.

Patronus libertum & per procuratorem vt ingratum accuſare [h] poteſt: & libertus per procuratorem reſpondere.

Siue agatur per actionem, ſiue per officiū iudicis, ſiue ordinariè, ſiue ſummariè, debet in cauſa reconuentionis defendi dominus in competenti tribunali. hoc dicit. Et hîc incipit exponere hoc verbum actionis. Bartolus.

Non ſolùm autē ſi actio [i] poſtuletur à procuratore, [k] ſed & præiudiciū [l] vel interdictū, [m] vel ſi ſtipulatione legatorū, vel damni infecti velit [n] caueri, debebit abſentem defendere in cõpetenti tribunali, [o] & eadem prouincia. Cæterùm cogi eum etiam in prouinciam de Roma abire, vel ecõtrario, vel à prouincia in aliā prouinciam, & defendere, durum eſt.

Hîc incipit exponere verbum, defendat. no. iſtum tex. Bart.

Defendere autē eſt id facere qđ dominus in litē faceret, & cauere idoneè. [p] Nec debebit durior cõditio [q] procuratoris fieri, quàm eſt domini: præterquā in ſatiſdando.

**S** *Ed & hæ.* ] CASVS. Coniunctæ perſonæ, quæ ſine mandato agere poſſunt, ſatiſdare debent de defendendo: & quæ ſint illæ coniunctæ perſonæ, hîc eas enumerat. [PATRONVS.] Si volo libertum meum propter eius ingratitudinem in ſeruitutem reuocare: poſſum hoc facere per procuratorem: & libertus etiam poteſt per procuratorem reſpondere. [NON SOLVM.] Hîc dicitur quòd procurator actoris quacũq; act. agat: ſiue præiudiciali, ſiue quacunque alia, debet dominum defendere. Item iſte procurator actoris gerit vices actoris in omnibus: & nõ grauatur in alio plus quàm actor, niſi in ſatiſdando. Quid ſit defendere, dicit in prin. §. huius. Item quæritur an procurator actoris, qui promiſit defendere dominū, ſit cogendus præciſè dominum defendere? Et reſpon. quòd ſic, niſi, &c. [DEFENDERE.] Iſte. §. regulam ponit, & exemplum ad regulam, qua dicitur quòd etiam videtur procurator defendere ſi patiatur aduerſarium in poſſeſ. mitti. & vt probet iſtam regulam, quatuor ponit exempla ad eam probandam. vnde conſtitui procuratorē qui à te aliquid peteret, puta debitum meum: tu vis hunc meum procuratorem recõuenire nomine alicuius meæ domus quæ minabatur ruinā: vel petis à procuratore aliquod legatū. ego teneor, quia erat relictum ſub cõditione: vel fortè nunciaſti illi procuratori nouum opus. vel dic & verius, ſicut not. hîc in glo. quæ ſic incipit, regulā ponit, &c. ibi, dic ergo, &c. vel fortè conuenis illum nomine alicuius ſerui mei actione furti noxali. procurator meus paſſus eſt in omnibus iſtis caſibus aduerſariū in poſſeſ. mitti: nūquid videtur defendere? Dicitur quòd ſic: dum tamē caueat de rato. Viuia.

c *Procuratorum.* impropriè hoc nomen ponitur: vt ſupra eod. l. j. in princ. in. j. gloſſ. & infra iudi. ſol. l. iij. §. j.

d *Defendere.* in reconuẽtione. Accurſius.

e *Sine mandato.* non tamen contra mandatū, niſi in caſu: vt infra. e. Pomponius. §. fin.

f *Liberi.* hos accipe in infinitum: vt. ϳ. de verbo. ſig. l. liberorum. & idem de parentibus dicas: vt. ſ. de in ius vocan. l. quiq;. §. parẽtes.

g *Et liberti.* quædam perſonæ quæ ſine mādato agūt, hîc enumerantur. ſunt & aliæ: vt maritus: vt. C. eo. l. maritus. licèt affinis non ſit, ſed cauſa affinitatis: vt. ϳ. de gra. cog. l. iuriſconſultus. item cõſortes: vt. C. de cõſor. & c. litis. l. ij. idē ſecundū Io. & H. in omnibus illis perſonis quæ enumerãtur. ſ. de poſtu. l. j. §. fin. cum ſeq. & facit. ϳ. de neg. geſt. ſi autē is. in prin. &. C. e. exigendi.

h *Accuſare.* Sed nonne poteſt dici cauſa capitalis, cum in ſeruitutem reuocetur. inſti. de capi. de. §. j. ergo non poteſt per procuratorem agi: vt dixi. ſ. eo. ſeruum. §. publice? Reſpon. hoc ideo, quia & pecuniarium reſpicit commodum, non ſolùm ſtatum: & inde etiam actio dicitur proprius quàm accuſatio: vt. C. de lib. & eorum libe. l. pe. Alij diſtinguunt an agatur hîc vt in ſeruitutem reuocetur: & tunc non licet per procuratorem. an vt tantùm caſtigetur: & tunc liceat: vt hîc. quod non placet.

i *Actio.* ſtrictè accipe pro perſonali: vt. ϳ. de act. & oblig. l. actio in perſonam. ſed largè accepto vocabulo omnia continentur ſequentia: vt infra de act. & obliga. l. actionis verbo. & quod dicit, poſtuletur: dic id eſt ipſe poſtulet nomine domini agere: vt colligitur. ſ. eo. ſeruum. §. ait prætor. Poſſet econtra legi. i. ſi reus poſtulet vt procurator dominum defendat in actione vel interdicto: quod etiam verum eſt: ſed primum eſt ſenſus huius literæ.

k *A procuratore.* ſcilicet actoris.

l *Præiudicium.* id eſt actiones præiudiciales, quæ plures ſunt: vt inſtit. de act. §. præiudiciales.

m *Vel interdictum.* quodlibet, cuius nomine hodie eſt actio in factum: vt inſtit. de interdict. §. fi. Accurſius.

n *Velit.* ſcilicet procurator domino.

o *Tribunali.* ſed quod eſt competens? Reſpon. vbi agebat procurator: vt hîc ſubiicit: & coram eodem iudice. Sed contra videbatur: quia actor debet ſequi forum rei. ſed tamen aliud eſt: quia ipſe dominus ſi egiſſet ibidem, deberet de hoc reſpondere: vt. C. de ſen. & inter. om. iudi. l. cum Papinianus. & auth. & conſequenter. Et not. hîc arg. pro aduocato, quòd non teneatur præſtare patrociniū ſi alibi cauſa mutata eſt: vt infra de arbi. ſi cum dies. §. ſi arbiter. &. C. de aduo. di. iu. l. ſancimus. l. j. §. nulla. ibi, in eo duntaxat loco, &c. Arg. contra. ϳ. de ope. lib. l. j. & l. quod niſi. vbi dicitur quòd tenetur ſequi, niſi nimium vagauerit patronus. Sed poteſt diſtingui an remotè multum, vel parum: vt infra de annuis leg. Mæuia. §. fi. in fi.

Aduocatus an teneatur patrociniū præſtare ſi cauſa mutetur.

p *Cauere idoneè.* id eſt cum fideiuſſore vel pignore: vt. ϳ. man. ſi mandato. §. fi. Sed de quo, non exprimit, an caueat de defendendo: an iudi. ſol. ſed tutius eſt dicere iudi. ſol. quia in parte illa procurator rei eſt. Et cautionem illam exponet demum à reo porrecto libello: ſicut & aliæ huiuſmodi iudiciales cautiones præſtantur: vt. C. de lit. conteſt. authen. offeratur.

q *Durior conditio.* nec in principio cauſæ: nec in medio: nec poſt condem-

UNED

condemnationem:vt.ĩ.eo.non ſolum.§.quęritur.in fin.&.ĩ.eo. minor.§.quoniã.&.ĩ.de re iudi.ſi cum procuratore. niſi in ſatiſdando : vt ſubiicit, ſcilicet de rato, & de defendendo : vt.ſ.eo.l. ſeruum.§.ait prætor. & iu.ſol.quãdo recõuenitur:vt modo dixi. A

Procurator cogitur præciſè litem conteſtari, niſi cauſa cognita recuſauerit. Barto.

Præter ſatiſdationem [a] procurator ita defendere videtur, ſi iudicium accipiat. Vnde quæſitum eſt apud Iulianum, an compellatur, [b] an verò ſufficiat ob rem non defenſam ſtipulationem committi. & Iulianus ſcribit libro tertio digeſtorum, compellendum † accipere iudiciũ, [c] niſi ad agendum cauſa cognita recuſauerit, vel ex iuſta cauſa remotus [d] fuerit. B

In caſibus in quibus dominus nõ cogeretur præciſè defendere ſe: nec procurator cogitur. Bart.

Defendere [e] videtur procurator [f] & ſi in poſſeſſionẽ venire patiatur, cum [g] quis damni infecti [h] ſatis vel legatorum [i] deſideret: [k]

a *Præter ſatiſdationem*.ſcilicet quam debet præſtare.& ſic hæc dictio pręter, non excludit.ſic ponitur.ĩ.e.Põponius.§.ſed & is.&.ĩ. de pig. act. l.j.in fi. vbi tenetur pig.act.præter ſtellionatũ quem fecit. vel ſecũdò, id eſt ſatiſdatione nõ interueniẽte: quia dicit procurator actoris, non oportet ſatiſdari : ſed ſtatim agas:quia ſum paratus ſuſcipere iudicium : vt arg.ĩ. vt in poſ.leg.ſi is à quo. Tu dic tertiò diſtinguendum eſſe. aut ſunt iura rei qui vult reconuenire in promptu : aut non:vt in primo caſu audiatur procurator incõtinẽti volens defendere : in ſecundo non, ſed debet cauere:vt arg.ĩ.de col. bo.l.j.§.quamuis.&.§. ſed cum poſſint.

Cõ.ĩ.eod. l.45.

† Not.hîc qualiter quis cogitur præcisè ad factum. ſed dic quòd illud eſt ne auctoritas prætoris eludatur, ſecũdum Bal.

b *Compellatur*.præciſè.

c *Accipere iudicium*. ſcilicet præciſè.& ſic not. quem præciſè teneri ad factum : vt.ĩ. quod me.cau.ſi cum ex.§.ſed & ſi quis per vim.in fin.§.ſed contra.ĩ.eo.l.non cogendum.§.Sabinus.vbi dicit quòd non pręciſè tenetur procurator defendere. Sol.ibi in procuratore rei : hîc in procuratore actoris. Et vt plenius ſcias : cum quæritur an quis teneatur præciſè defendere : diſtingue : aut non eſt præſtita cautio de defendẽdo : & tunc nemo cogitur ex parte actoris vel rei: vt.C.eo.inuitus.quæ eſt cõtra. ſed tamen domino tenetur mandati : quaſi & hoc quòd defenderet mandaſſet per conſequens: vt.ĩ.eo.ad rem.&.l.ad legatum.aut eſt præſtita cautio prædicta: & tunc ſi ex parte actoris, præciſè cogitur : vt hîc.ſi ex parte rei, ſubdiſtinguitur:quia aut ab eo procuratore fuit præſtita cautio: & tunc non cogitur:vt.ĩ.non cogendum.§.Sabinus.aut à domino : & tunc ſi procuratore ſciente & non contradicente, præciſè tenetur.aliàs non : vt.ſ.eod. ſi defunctus. Sed quare procurator actoris præciſè cogitur : non autem rei, niſi ipſemet procurator ſatiſdederit? Reſpon.ſecundũ Ioan.Azo.& Hu.quia procurator actoris iam conſecutus eſt quod optauit, ſcilicet quia eſt admiſſus.ſed procurator rei non:quia optabat ſe abſolui,& abſolutus non eſt.vnde ſatis eſt condemnari eum in pecunię quantitate, id eſt intereſſe : vt.ĩ.de re iudi.ſi quis ab alio. §.fin. Vel dic quia ad maius eſt admiſſus.ſcilicet vt alterius actionem exerceat:& ideo plus grauatur:at procurator rei tantum in onus : arg.ĩ.de noua. ſi Stichum. §.fi.diximus.ſ.eod.titu. filius.§.fi.ſed procurator rei quando dominus pro eo ſciente ſatiſdedit, ideo præciſè cogitur defendere:quia iam falleret fidem duobus:quod non eſt quãdo ipſemet procurator ſatiſdedit : vt diximus.ſ.eo. filiusfa.§.fi.vbicunq; tamen dixi eum cogi : ſi iuſtam habeat cauſam, non cogitur, nec ſtipulatio cõmittitur : vt dicto.§.Sabinus.vt vbicunque excuſatur, vel non præciſè cogitur : ibidem ſi ſit actio peritura, cogitur præciſè:vt.ſ.eo.ſed etiam.&.ĩ.eo.mutus.§.fin.

Tenetur quandoque quis pręcisè ad factum

Defendere præcisè an quis teneatur.

d *Iuſta cauſa remotus*.quæ enumerantur.ſ.eo. filius.§. fin.cum.l. ſeq.&.l.ante litem.cum ſequentibus legibus. E

e *Defendere*. regulã ponit quam probat quatuor exemplis. duo ſunt in hoc.§.& duo in.l.proxi.cui regulæ obiicio ſic:quomodo videtur defendere? imò ideo quia non defendit, fit hæc miſſio:vt ſ.ſi ex noxa.cau.aga.l.ij.in fi.Item defendere, eſt præciſè iudiciũ ſuſcipere:vt.ſ.§.proxi.&.§.defendere? Reſpon.videtur defendere vt non incidat in ſtipulationẽ de defendẽdo. Item vt domino mandati non teneatur ſi dominus idem erat facturus. aliàs ei tenetur, ſed non aduerſario:quia dominus potuit idem facere.Sed nunquid dominus poſſet ſe liberare patiendo aduerſarium mitti in poſ.maximè in eo caſu quando fuit nunciatum nouum opus: quod eſt hîc tertius caſus? Videtur quòd nõ : imò tenetur ad impenſas quæ fiunt in deſtruendo opere poſt nunciationem facto: vt.ĩ.de ope.no. nun.l. prætor.§.primo.&.ĩ. quod vi aut clam.l. cõpetit.§.in ſumma. Sed dic hic poni ſic caſum ſecundũ quoſdã

Defendere, eſt iudicium ſuſcipere.

in ope.no. nun. quia nuntiatio fuit facta procuratori facientis, nihilo minus agitur cõtra eũ vt tollat.ſi in iure nõ defendit, mittitur aduerſari⁹ in poſ.operis:vt.ĩ.de dam.infect.l.à quo. Quod non eſt verũ:quia tunc ad expenſas tenetur : cum eſſet ſibi nuntiatũ:vt in.d.l.quod vi aut clam.l.cõpetit.§.in ſumma. Dic ergo ſic caſum, & non ob. prędicta obiectio, quia fuit nuntiatum illi cui heres ego ſum:vel illi à quo ego emi. hoc caſu nõ teneor niſi ad patiẽtiam : & ſic liberor patiendo aduerſarium in poſ.venire:ergo & procurator meus agendo nomine meo aliqua actione ſi de hoc opere reconueniatur, liberabitur eãdem patientiã præſtãdo:vt.ĩ. de ope. no.nun.l.pen.& fi.

XXXVI. PAVLVS *libro octauo ad Edictum.*

VEl in operis noui nũtiatione. Sed & ſi ſeruũ ex cauſa noxali patiatur duci, defẽdere videtur: ita tamẽ, vt in his omnibus ratam rem [l] dominũ habiturum caueat.

Hîc proſequitur expoſitionem verbi defendat : videlicet in quibus actionibus teneatur defendere.& breuiter hoc dicit.Procurator debet defendere in cõmunib⁹ actionibus : & vna actio nõ debet diuidi in plures defenſores. ſecus ſi plures mouentur actiones.Bart.

XXXVII. VLPIANVS *libro nono ad Edictum.*

OMnium autem actionum * nomine debet defendere, [m] etiam earum quæ in heredem nõ dantur. [n] Vnde eſt quæſitum,

f *Procurator*.ſcilicet actoris.

g *Cum quis*.ſcilicet reconueniens.

h *Infecti*. pro his implorat officiũ iudicis: vt.ĩ.de act.& obliga.l. actionis verbo.

* ad verbũ Actionem.

i *Legatorum*. in diem vel ſub conditione.

k *Deſideret*.cum hereditas ſit oneroſa. vnde non expediret ei implicari. Accurſius. C

l *VEl in operis.Ratum rem dominum*.prout refertur hic articulus ad primum, & ad ſecundum, & quartum : planus eſt.ſed prout ad tertiũ, ſcilicet de nuntiatione noui operis, habet contra ĩ.de ope.no.nun.l.& ideo.cum.l.prætor.§.fi.vbi dicit de rato nõ præſtari cautionẽ.Sed dic, quod ibi dicit cautionem de rato non pręſtari, eſt ideo quia eſt procurator rei,& in alio caſu quàm hîc. hîc autem etſi ſit procurator, in eo quòd recõuenitur vt procurator heredis eius cui eſt nuntiatum:tamen poteſt timeri ne dominus reuerſus reuocet poſſeſſionẽ, vel ſeruum ductum ex cauſa noxali.ſic eſt in rei vin.vt.ĩ.eod.Pomponius.§. ſed & ſi is. Vel dic:aut nõ defendit procurator patiẽdo mitti in poſſ.vt tunc caueat:vt hîc.aut cõtendendo,& tunc nõ caueat:vt ibi.& iſtæ duę ſunt veræ. Alij dicunt quòd hîc loquitur quando nuntiatio fuit facta domino qui cauet de opere demoliẽdo, quæ cautio cõmittitur ſiue ſit iudicatũ, ſiue non defendatur reus:vt.ĩ.de ope.no. nun.l.antepe.§.habet.ſi ergo procurator qui cauit de defendẽdo domino, cum agit pro eo aliqua actione, patiatur aduerſariũ venire in poſ.videtur defendere, dummodo caueat de rato.ibi ecõtra fuit per procuratorẽ nuntiatio facta : qui procurator conueniebatur poſtea interdicto. Sed nõ placet hic caſus, cũ dominus non liberaretur patientiã talẽ præſtando:vt dixi modò:ergo nec procurator : vt.ſ.eo.ſed & hæ.§. defendere. niſi dicas ei cui ſucceſſit nuntiatum:& tunc eſt optima ſol.cum prima ſupra poſita. D

OMnium.] CASVS. Dictum eſt.ſ.quòd procurator dominũ defendere debet : & adhuc circa illam materiam tractat, id eſt circa defenſionẽ. dicit enim quòd procurator dominum defendere debet. Sed pone quòd procurator reconuenitur pluribus actionibus, puta quatuor : & iſte conſtituit.defenſores in vnaquaque actione:non autem ipſe defendit : quorum quilibet paratus fuit ſuſcipere iudicium vna act. nunquid iſte videbitur plenè defendere dominum? Reſpon.quòd ſic.Sed pone quòd in vna actione fuit reconuentus procurator actoris : puta ad.vj. vnde extitit vnus defenſor in vna portione : alius in alia. Dicitur quòd non audientur : vt in.l.ſeq.quæ continuatur cum iſta. E

m *Defendere*. ſcilicet procurator actoris. ſecus in procuratore rei : vt.ĩ.eo.qui proprio.§.ei qui.

n *Non dantur*.dummodo deductę fuerint in iudicio eo viuo, nõ aliàs : vt.C.ne ex deli.defun.l.j.& hoc ſi mortuo fure agitur:ſed planius ſi dicas eo viuente.Sed nũquid etiam nomine futurarũ? Videtur ꝙ ſic:vt.ſ.quod quiſque iur.l.iij.§.pe. Sed dic contra:vt arg.ĩ.de neg.geſt. nã & ſeruus.§. ſi viuo.& de dam.infect.l.dãni. §.ſi is.& de aur.& arg.leg.l.ſi ita. Item vt euitetur infinitas:vt.C. de ſac.ſan.eccle.l.fi.& quod dicitur in.d.l.iij.§.pe. quod quiſque iuris.verũ eſt vt maleficia puniantur : quæ interdum non punirentur ſi ad pręſens tempus referrentur:ſi fortè tunc nullæ competerent actiones:vt.ĩ.ad.l.Aquil.ita vulneratus.Item nunquid





UNED

etiã in perpetuum ratione earum quæ tunc competebant? Videtur quòd ſic, ꝓpter generalia verba caut.de defendẽdo: vt.ĩ.de ſer.vr.prædi.ſi ſeruitus. §.fi. & de aleatoribus.l.j.§.quod autem. quod eſt abſurdũ dicere. Sed dic contra, vt in authen.de execu. §.j.&.§.ſancimus.col.vij.vbi de duobus mẽſibus dicitur: & arg. C.de fideiuſ.l.pen. Vel dic verius, quòd iudex ſtatuit hoc tẽpus arbitrio ſuo, intra quod finietur iudiciũ: vt.ĩ.de dam.infect.ſi finita §.j. &.l.qui bona.ĩ fi.&.ĩ. de iur. delib.l.j.ĩ fi. ſed intra quãtum tempus finiatur, hoc ĩ legis eſt poteſtate: [a] vt C.de iudi.ꝓperãdum. in prin.

A

a] Bal. hîc dicit iſtam glo.valde nota.ad hoc quod in determinatis à lege, nõ habet iudex arbitrari. ſecus autẽ in aliis. cũ qua ſto: quia optimè ꝓbat: hoc addito, quòd habẽs arbitrium in pœnalibus, debet ſequi pœnam cõſuetam: per gl.not.in.l. quid ergo.§. pœna grauior.ĩ.de his qui no. infa. Bolo.

a *Defenſores.* procuratoris, vel domini.

b *Parati.* quid iuris ſit, ſubaudi. Iulia. ait eũ videri.

c *Non tamen. Petentur.* in recõuentione.

ſi aduerſarius plures intendat actiones, & in ſingulas ſinguli exiſtant defenſores [a] ſuſcipere parati: [b] videri eum rectè defendi Iulianus ait. quo iure nos vti Pomponius ſcribit.

XXXVIII. IDEM *libro quadrageſimo ad Edictum.*

NOn tamen eouſque procedendum erit, vt ſi decẽ milia petantur, [c] & exiſtant duo defenſores parati in quina defendere, audiantur. [d]

B

Procurator qui debet defendere, nõ debet etiam reſpondere eo

d *Audiantur.* ne in plures &c. vt.ĩ.de exercito.l.ne in plures.& infra iudi.ſol.iam tamen.§.ſi tamen plures.

*Non ſolum.*] CASVS. Iuriſcon. adhuc proſequitur materiam ſuam, dicens quòd iſte procurator in omnibus actionibus debet defendere. vnde ad interrogationes debet reſpõdere, ſiue in curia, ſiue nõ interrogatus à reo. vtrũ dominus abſens ſit heres debitoris rei cõuenti, an non, tenebitur iſte procurator defendere. [QVI ALIENO.] Dictum eſt.ĩ.l.ſeruum.§.ait prætor. de duobus articulis: & hucuſque dictum eſt de vno, ſcilicet de defendẽdo: nũc autẽ vult dicere de alio, ſcilicet de rato. vnde regulã ponit, dicẽs quòd quicunque alieno nomine agit, in dubiũ tamen reuocato an habeat mandatũ: cauere debet quòd ille ad quem ea res pertinet, ratum habebit. [SED INTERDVM.] Dicit quòd interdũ ſi quis ꝓprio nomine experiatur: quod iſtã cautionem ſcilicet de rato, præſtare debet. & de hoc ponit duo exẽpla. Procurator meus detulit iuſiurãdum aduerſario vt iuret ſe dare nõ oportere. aduerſarius retulit procuratori meo. iurauit iſte procurator meus. ſi agat procurator meus actione in factũ, quæ oritur ex iureiurãdo, ſuo nomine agere videtur: & tamẽ cauere debet dominum ratum habiturum. [SED ET SI.] Idem eſt ſi quis conſtituit ſe procuratorẽ meo nomine ſoluturũ quod mihi domino debet: quia ſi ꝓcurator de conſtituta agere velit, nomine ꝓprio agit: & tamen cauebit de rato ille procurator actoris. quæritur, ſi Seius habens creditorẽ, velit conuenire debitorem per procuratorẽ: an debeat iſte procurator cauere dominũ & alios creditores domini ratum habere. Et reſpon. quòd ſufficit ſi caueat dominũ ratum habiturũ, duabus rationibus: quia ſub illis verbis prætoris.ĩ.e.ſeruum.§. ait prætor, non cõtinetur creditores. Item nec domino, id eſt ſi dominus agat contra iſtũ ſuum debitorem: non tenetur cauere ratam rem creditores ſuos habere. Vel ſic: Habet quis plures creditores qui eũ miſerunt in poſſ.bo. miſſus eſt in poſſ.bo.eius: & data fuit ei licẽtia vt dominus eũ ordinaret procura. ad agendũ aduerſus debitores ſui debitoris. nũquid alios creditores debet ſatiſdare ratũ habere? Dicitur quòd non: ſed ratũ eum, id eſt dominum qui ipſum ordinauit, cauebit habere. [SI DE DOTE.] Fuit celebratum diuortium inter virum & filiam meam emãcipatam. egi ego pater de dote. cauere debeo filiã ratum habituram? & debeo eam defendere. [SI PATER.] Filio meo facta eſt iniuria. vnde mihi filij nomine iniuriarũ actio competebat. ſi ego pater ago iniuriarum act. non tenebor cauere rem ratam filium habiturum. In iſtis tribus.§.§.cauet ꝓcurator de rato: de qua materia plenè notatum eſt infra eo.l.Pomponius.§.ſed & is. [SI STATVS.] Sticho mouebã quæſtionem ſtatus: ſuper hac cauſa procuratorẽ ordinaui. Dicitur hîc quòd iſte procurator meus cauebit vel ſatiſdabit de rato: ſiue petat Stichũ ex libertate in ſeruitutẽ, ſiue ecõtra, id eſt ſiue defendat dominũ, quia ſeruus prouocat in libertatem: ſiue econtra. nam vtroque caſu cauebit de rato. [EST ET ALIVS.] Minor aliquis prædium ſuum alienauit ſine decreto prætoris. minor iſte petit cõtra iſtam vẽditionem reſtitui. emptor aliquẽ ordinauit procuratorẽ vt ſe defenderet. Dicitur hîc quòd iſte ꝓcurator emptoris cauebit de rato, & de iudi.ſol. [ITEM AIT.] Titius tutor alicuius fuit: qui Titius de ſuſpecto accuſatur. Dicitur hîc ꝙ poterit iſte tutor ſcilicet Titius ordinare procuratorem in iſta cauſa, vt eum defendat: ſed de duo-

C

D

E

bus iſte ꝓcurator tutoris cauebit: ſcilicet de rato habẽdo, & iudic.ſol. hæc vera ſunt ſi iſte procurator ſuper hac cauſa ſpeciale mandatum habeat, vel ſi aliàs remouendus erit iſte tutor. Viuia.

e *Defendere.* vt.ĩ.eo.ſed & hæ.§.non ſolũ.ſecundum vnum ſenſum: & actio ſtrictè accipitur hîc: vt & ibi.

caſu quo dominus teneretur: & eius reſponſio & taciturnitas ei præiudicat. Bartolus.

XXXIX. IDEM *libro nono ad Edictum.*

NOn ſolùm autem in actionibus & interdictis & in ſtipulationibus *debet dominum defendere: [e] verum in interrogationibus [f] quoque, vt in iure interrogatur ex omnibus cauſis reſpondeat [g] ex quibus dominus. An igitur heres ſit abſens, [h] reſpondere debebit: & ſi reſponderit vel tacuerit, tenebitur. [i]

f *Interrogationibus.* quę ſcilicet fiũt ante lit.cõteſt.& ex illo titulo.ĩ. de inter.act.ſed titu.de confeſ.habet locũ poſt lit.cõteſt.& ſic & ante litem & poſt litem debet reſpondere, vt hîc ſubiicit. Sed cũ ipſe dominus de calũnia hodie iuret: vt C.de iura. calũ.l.ij.§.ſi autem. ergo ipſe debet interrogari: cum ad nil aliud iuret, niſi vt nõ calumnietur, & veritas per eũ poſſit ſciri. Ad quod dic tria eſſe genera ꝓcuratorum. nã alius eſt in rem ſuam: & hoc ex parte rei vel actoris. & alius eſt cum ſatiſdatione à ſe præſtita: & hoc ex parte rei. alius ad exercitiũ tantùm, pro quo dominus ſatiſdat. Primo caſu diſtinguebat P. aut intendit vtilẽ nomine ſuo, & tunc ipſe iurat: vt arg.ĩ.eo.procuratore. aut directam nomine domini: & tũc dominus. ſed tu dic vtrobique procuratorem talem iurare: cum ad eum lucrum & dãnum eueniat. & impropriè dicitur procurator, cũ ꝓcurator ſit in alienis: vt.ĩ.e.l.j.in prin. In ſecundo dicũt Azo & H. quòd debet iurare ad inſtar fideiuſſoris, cũ ſe obligauerit de defendendo vel iudic.ſoluendo. vnde & olim præſumebatur nouatio: vt.ĩ.de ſol.l. ſolutionẽ. ſed videtur debere diſtingui, an ex ſua ꝓmiſſione conueniatur, vt puta poſt ſententiã: vel etiã ante ex clauſula doli: vt tunc iuret ſicut fideiuſſor de defendẽdo. aut ex actione qua dominus tenetur: & tunc dominus. nec dico fieri nouationem, etiam iure veteri: niſi hoc agatur tacitè vel expreſſe: vt.ĩ.de noua.l. omnes. quæ eſt.l. ij. quòd hîc nõ eſt: tamen ſatiſdare tenetur, cum dominus abſens ſit: vt.ĩ.iudi.ſol.l.ſi ad defendendum. ſi habet mãdatum vel non habet: dũmodo non ſit animus nouãdi. Præterea quid eſſet ſi ageretur vt dominus non liberaretur, & procurator ſatiſdederit? Certè durum eſt dicere eum iurare. In tertio vero caſu indiſtinctè iurat dominus, non procurator: vt C.de iureiur.prop.calum. dan.l.ij.§.ſinautem. Vbicunque autem dixi procuratorem de calumnia iurare, ibidem dico eum interrogari: vt hîc. Item quãdo dominus iurat, poteſt interrogari procurator, & ante lit.conteſt. vt hîc, & etiã poſt, ſi iudici videbitur: vt arg.ĩ.de inter.act.l.pen. cũ & ſacramentum calumniæ poſſit tacitè omitti: vt argu.ĩ.eo. filiusfa.§.veterani. Vbi autem animo nouandi quis in ſe ſuſcipit alterius obligationem, etiã in iudicio, quod eſt quando non habet mandatum: nõ dicam eũ procuratorem, ſed dominum: quia ipſo iure deſiit teneri etiam prior dominus: vt inſtit.qui.mo.tol. obli.§.præterea. & ita intelligitur.l.ſolutionem. licèt quidam dicant per exceptionem, per.l.C.de pact.l.ij. ſed dic vt ibi: non ſic ceſſione: vt.ĩ.de pecu.l. quis ergo. quæ nouatio ex parte actoris fieri nõ poteſt, niſi eo mandante: vt.ĩ.de noua.ſi Stichum. §.fin. olim autem procurator ſemper iurabat: vt.ĩ.de dam.infect.qui bona.§.pe.& ideo ſemper interrogabatur, vt hîc. Accur.

*perperam mutauerat Haloãder in verbum poſtulationib*.

Procuratorũ tria ſunt genera.

g *Reſpondeat.* ante litem conteſtatam, vel poſt. Accur.

h *Heres ſit abſens.* id eſt ille qui per procuratorem defenditur, vel agit: quæ interrogatio fit vt ſciatur an quis poſſit conueniri perſonali actione qua tenebatur defunctus cuius heres dicebatur: vt.ĩ.de interrog.act.l.j.

i *Vel tacuerit, tenebitur.* hîc diligenter attende: quia cum reſpondet heredem eſſe abſentem, cum ſit: eo caſu tenetur eum defendere in actione perſonali: & pręiudicat omnino domino. nec enim prohibetur bonã fidem agnoſcere: vt.ĩ.de admi.tu.l.quotiens.§.ſicut. aut non eſſe, cum ſit: & tunc tenetur in ſolidũ, etiã ſi pro parte erat heres: vt.ĩ.de interro.act.de ætate. §.qui tacuit. & domino præiudicat, cũ habeat mãdatum: vt.ĩ.de interro. act. qui ſeruũ.in fi. primi reſpon. licèt ſine mãdato domino nõ præiudicet: vt.ĩ.e.ti.ſi defenſor.j.reſpon. & hoc caſu poteſt intelligi quod hîc dicitur: vt nõ videatur defendere: & ideo committitur ſtipulatio. tenetur etiam vt poſſeſſionem hereditatis amittat, & amittere dominum faciat propter mendacium. vt.ĩ.de rei vin.l. vlti. vel ibi negat eũ poſſidere: hîc heredem: aut cum non ſit heres, reſpondet eũ heredem: quo caſu tenetur actione perſonali, & domino

UNED

Gloſſa continuat ad ſuperiora, & breuiter.h.d. Procurator actoris cauet de rato,ſi eſt dubium de mandato.Barto.

Qui alieno [a] nomine † agit quamcunque actionem:id ratum habiturum eum ad quem ea res pertinebit,cauere debet. [b]

Si aliquis agit nomine ſuo ad commodum alienum,cogitur cauere de rato.h.d.

Sed interdũ licèt ſuo nomine [c] procurator experiatur, tamen de rato debebit cauere: vt Põponius libro vicenſimoquarto ſcribit.vtputa iuſiurandũ procuratori retulit, [d] iurauit abſenti dari oportere.agit hoc iudicio [e] ſuo nomine propter ſuum iuſiurandũ . neque enim hæc actio [f] domino cõpetere potuit : ſed debebit de rato cauere.Sed & ſi procuratori [g] cõſtitutum eſt,& ex ea cauſa [h] agat: dubitandum non eſt quin locus ſit de rato cautioni . ĩdque Pomponius [i] ſcribit.

Hæc verba , is ad quem ea res pertinet:referuntur ad dominũ & heredẽ eius,nõ ad creditorẽ.Bart.

Quæritur [k] apud Iulianum,vtrum dominũ ſolum ratã rem habere debet ſatiſdare, [l] an etiam cæteros [m] creditores. [n] & ait dũ-
B taxat de domino cauendũ: nec illis verbis, *Ad quem ea res pertinet*: [o] creditores cõtineri. [p] nam nec [q] ipſi domino hæc incũbebat cautio. Si de dote [r] agat pater, cauere debet ratam rem filiã habituram.Sed & defendere eam debet: [ſ] vt & Marcellus ſcribit. Si pater [t] filij nomine iniuriarũ agat: cũ [u] duę ſint actiones,vna patris, altera filij:ceſſat de rato cautio.

In cauſa ſtatus procurator cauet de rato:ſiue ſit ex parte actoris, ſi-
C ue rei.Bartolus.

Si ſtatus controuerſiam [x] cui

---

Procuratoris confeſſio an noceat domino.

& domino præiudicat,vt diximus,ex confeſſione. Nõ ob.quod dicitur domino non fieri præiudicium per confeſſionem procuratoris:vt.j̃.de confeſ.certum.§.ſed an & ipſos.quia verum eſt ſi probet contrariũ:vt in aliis caſibus ibi poſitis de tutore & curatore.Itẽ non ob.quod dicitur aliàs procuratorem teneri:vt.j̃.ad legem Aquil. proinde ſi occiſus.§. ſi procurator. quia nec ideo dominus excuſatur.Si autem reſpõdet non eſſe, & verè nõ eſt : non tenetur aliquo modo.& primis tribꝰ caſibꝰ intelligitur hoc capitulũ. Et no. quòd vbicũque dixi fieri domino præiudicium per malã cõfeſſionẽ procuratoris, dicas quòd act.mãdati recuperat intereſſe:niſi ſpecialiter ſic confiteri mandauerit:vt.j̃.man. ſi procuratorem §.mãdati.Vbi autem tacuit: licèt in ſolidum poſſet cõueniri: vt.j̃.de interrog.act.de ætate.§.qui tacuit. tamẽ ex clauſula de defendendo tenetur: vt.j̃.de interr. act. l.ſi defenſor.ij. reſpon.

†Iuriſconſul. repetendo declarat quod dictũ eſt ſupra. e.l. ſeruum.§.ait prætor. in.2. reſpon.

a *Qui alieno*.hucuſque de cautione de defendendo dictum eſt: nũc de cautione de rato.

b *Debet*.hoc cum dubium eſt de mãdato:vt C.eo.l.j.ſecus ſi ſit certum quòd habeat mãdatum.nam tunc non ſatiſdat:vt.j̃.eo.ſi procuratorem.& C. de ſatiſda.l.j.& infra vt in poſſ.leg.ſi is à quo.§. ſi ꝓcurator . nec ob.j̃.de ope.no.nun.l.de pupillo.§.qui ꝓcuratorio.quia ibi verus erat procurator:ſed de mãdato dubitabatur.Itẽ ſecus ſi cõſtat quòd nõ habeat mãdatum : quia etiam cum ſatiſdatione nõ admittitur : vt.j̃.de neg.geſt.ſi pupilli.§.fina. niſi ſit ex perſonis quæ poſſunt agere ſine mandato:vt.s̃.eo.ſed & hæ.in princ.Sed procurator rei,etiam ſi cõſtet de mandato,ſatiſdat de iudica.ſol. vt inſt.de ſatiſda.§.pe.Et eſt ratio:quia reo ſatis cõſulitur ſi poſtea à domino cõueniatur:quia habet exceptionẽ: vt.j̃.vt in poſſ. le.l.j.§.ſi debitori.Sed nõ eſt ita conſultũ actori ſi non ſatiſdaret ꝓcurator rei.Eſt & alia ratio: quia intereſt ſua plures habere debitores:ſed ecõtra non intereſt rei pluries liberari . Sed in cuius electione erit vel mandatũ ꝓbare , vel cautionem rati præſtare? Reſpõdet Pla.in electione rei:vt arg.C.eo.exigendi. & in authẽ. de colla.§.eos autẽ.col.ix.in fin.§.ſed certè.in.d.authen. non loquitur de ꝓcuratore agente cauſam pro alio , ſed de conſtituto ad exactionẽ tributorum:vel ad exequendam ſententiam in cauſa priuatorum,quos oportet inſinuare mãdatum , vt ibi dicitur. & idem dico in omni ꝓcuratore conſtituto ad accipiendum: vt infra de ſol.hoc iure.B.autem dixit:refert an dicat aduerſarius, non habes mãdatum:& tunc tenetur præciſè probare mandatũ. an dicat,dubito:& tũc admittitur ſatiſdatio:vt C.eo.l.j. & infra de peti.hered.ſi debitor. &.j̃. vt in poſ.leg.ſi is à quo.§.ſi procurator. Tu dic ſecundum Io.quòd ſit in electione illius qui debet cauere:vt inſti.de act.§.huic.& infra de iure do.plerũque. in fin. niſi in caſu,vt infra ad Trebell.l.qui ita.§.j. vbi de mãdato oportet conſtare.Item pro nobis.C.eo.exigendi. in princ . nam dicit quòd ab illo nõ exigitur mãdatum qui cauet.ſic.j̃.de dam.infec. inter.§.pe.Item nõne dubium eſt vbi negatur mandatum : ergo habet locum cautio:vt C.eo.l.j.& ſic nõ valet diſtinctio B. omnis enim res fit dubia negatione:vt C.quib. ad li. procla. non licet.l.iij.&.s̃.de tranſact.l.j.& C.de adqui.poſ.nemo.& inſtit. de inter.§.retinendæ.verſi.commodum.Item qualiter ad cautionẽ arctatur qui incõtinẽti paratus eſt probare id de quo dubitatur, id eſt mandatum:vt.j̃.vt in poſ.leg.ſi is à quo.in prin.

Procurator rei ſemper ſatiſdat: non autem procurator actoris.

Negatione fit res dubia.

c *Nomine*. ſed hoc eſt contra P . qui dixit dominũ de calumnia iurare,ſi ꝓcurator agat directa actione:vt not.C.de iure. propt. calum.dan.l.ij.§.ſinautem . nam non diſtinguitur hîc cuius nomine agat:ſic nec ibi.

d *Retulit*.reus:quia procurator actoris primo detulit.

e *Iudicio*.id eſt actione in factum.Accurſius.

f *Actio*. ſcilicet in factum , quæ oritur ex iureiur . vt C.de reb. cre.actori.ſed certè videtur domino dari : vt infra de iureiurã.l
A nã poſteaquã.§.iuſiurandum.quæ eſt contra.Sol.hîc directa domino denegatur:ibi vtilis conceditur:vt arg.s̃.e. in cauſæ.in fin. Vel hîc erat ꝓcurator in rem ſuam:ibi non.Vel dic,hîc erat relatum:ibi delatum.vel quæritur mihi , id eſt ad meam vtilitatem, vt ibi: non vt agam, vt hîc.prima verior eſt.

g *Procuratoris*. actoris.

h *Ex ea cauſa agat*. ſcilicet actione de conſtituta pecunia : vt . j̃. de conſti.pecu. eũ qui. §.Iulianus libro. xj. ff. ſcribit procuratori.

i *Idque Pomponius*. ratio huius & ſuperioris §.eſt,quia cauſam & originem &c.vt infra de donat . l . qui id quod. in princ.

k *Quæritur*. aliàs eſt hîc principiũ.l.aliàs.§.

l *Satiſdare*.ſ.procurator actoris.

m *Cæteros*. id eſt cæteras perſonas , ſcilicet creditores.

n *Creditores*. videtur ergo quòd dominus ſit creditor:&ſic eſſet creditor ſui ipſius: qđ falſum eſt. dic ergo cæteros impropriè poni. q. d.cęteras perſonas ſcilicet creditores . ſic & aliàs in diuina ſcriptura:Crucifixꝰ eſt Chriſtus,& alij duo nequam.ſic in auth.de mã. princ.§.oportet igitur te.col.iij.& in authen . vt defunc.ſeu fun. coll.v.in princip.ibi,milites & ſeruos alios. & in gloſſ. ij. tamen milites non ſunt ſerui:vt C.qui mili.poſ.vel nõ poſ.ſuper ſeruis. li.xij.& infra ad Velle. hæ actiones. & infra de mino.in cauſæ.ij. in princip.& infra de excuſa.tuto.& curat.ſed & reprobari. §. ſi autem.

o *Ad quem ea res pertinet*.quæ ſunt in edicto : vt ſupra eod. ſeruum.§.ait prætor.

p *Contineri*.ſ.heredes qui in vniuerſum ius ſuccedunt , vt infra de ædil.edict.ſciendum.§.deinde.

q *Nam nec*. licèt ſit notabile hoc dictum : non tamen eſt bona
D ratio ad prædicta:vt.s̃.e.ſed & hæ.§.defendere. ſed ſuperior fuit bona,nec illis verbis &c.

r *Si de dote* . poteſt hic.§.loqui quãdo filia eſt ſui iuris . Item in eo caſu quãdo eſt abſens filia:vt.j̃.ſo.ma.l.ij.§.fin.Item quando pater eſt perſona turpis,vel aliàs vilis, vt filiæ etiam detur repetitio:vt infra ſolu.mat.ſi cum dotem.§.eo autem tẽpore . ſi autẽ filia contradicat expreſſè, & cauſam contradicendi habeat , pater non admittitur etiam cum cautione.vt in. d. § . eo autẽ tempore.Item ſi præſens ſit,& non contradicat,conſentire videtur: vt infra ſolu.ma.l.ij.§.voluntate.Item ſi contradicat,& non habeat cauſam contradicendi,pro non contradicente habetur : vt infra ſol.ma.dotem.

ſ *Defendere eam debet*.vt infra re.amo.l.& ideo.§.penul.

t *Si pater*. ſi ponas caſum quòd actione ſibi patri competẽte agat,planũ eſt. & quod dicit, nomine filij , id eſt nomine iniuriæ ſibi per filiũ factæ.ſi verò ponas quòd egerit pater actione filio
E cõpetente,quod poteſt:vt infra de iniur.l.pater. &.l. ſed ſi. §. ait prætor.&.§.idem ait filiofamilias.maximè hodie,quia eſt legitimus adminiſtrator:vt C.de bo.ma.l.j.tunc eſt contra.j̃. rem ra. ha.ſi ſine .§.fi.Sol.hîc agit pater:ibi procurator patris : qui plus debet arctari ad cautionem rati quàm ipſe pater.Irne.tamen dixit quòd ibi agebat procurator pro iniuria filio facta ex lege Cornelia ex qua actio non datur patri : & ideo etiam ipſe pater tunc de rato caueret:vt.j̃.de iniur.l.lex Cornelia.§.illud. hîc autem prætoria actione iniuriarum agebatur.

u *Cum*.cauſatiuè ſecundum primum caſum:ſecundum alium, pro quamuis.

x *Si ſtatus controuerſiam* . ſiue procurator defendat dominum in eo ꝙ ſeruus ꝓuocat in libertatem : ſiue in eo quòd reuocat aliquem in ſeruitutẽ nõ eſt contra.C.de aſſer.tollẽ.l. j. quia ibi ſeruo negatur habere ꝓcuratorem quãdo in libertatem prouocat. hîc conceditur ei qui ſe dominũ dicit.ſecundum primum caſum

UNED

faciat procurator: [a] ſiue ex ſeruitute in libertatem aduerſus eum quis litiget, ſiue ipſe ex libertate in ſeruitutē petat: debet cauere ratā rem dominū habiturum: [b] & ita edicto ſcriptum eſt, vt ex vtroque latere quaſi actor [c] habeatur.

**In cauſa reſtitutionis in integrū cauetur de rato, & de iudicato ſoluendo. Bartolus.**

B

Eſt & caſus [d] quo quis eiuſdem actionis nomine & de rato caueat, & iudicatum ſolui: vt puta poſtulata eſt cognitio de in integrum reſtitutione, cū minor circumſcriptus in venditione [e] diceretur. alterius procurator [f] exiſtit. debet cauere hic procurator & ratam rem dominū habiturum, ne fortè dominus reuerſus velit quid petere: [g] item iudicatum ſolui: vt ſi quid fortè propter hanc reſtitutionem in integrum præſtari adu- C leſcenti debeat, [h] hoc præſtetur. & hæc ita Pomponius libro vicēſimoquinto ad edictum ſcribit.

Item ait, ſi ſuſpectus tutor poſtuletur, defenſorem eius oportere etiam de rato cauere: [i] ne reuerſus ille velit retractare quod actum eſt. Sed non facilè per procuratorem. [k] quis ſuſpectus accuſabitur, [l] quoniā famæ cauſa eſt: niſi conſtet ei à tutore mandatum nominatim: [m] aut ſi etiam abſente tutore, quaſi non defenderetur, prætor erat cogniturus. [n]

XL. IDEM *libro nono ad Edictum.*

POmponius ſcribit non omnes actiones per procuratorem poſſe quem inſtituere. denique vt liberi qui in poteſtate abſentis dicuntur, ducantur, interdictum [o] non poſſe deſiderare ait: niſi (vt Iulianus ait) cauſa cognita, id eſt, ſi & nominatim ei mandatum ſit, & pater valetudine [p] vel alia iuſta cauſa impediatur. Si ſtipuletur [q] procurator damni infecti, vel legatorum, debebit de rato cauere. [r]

**Qui alium defendit in actione reali, etiam de rato debet cauere.**

etiam reus dicitur facere controuerſiam: vt hîc. ſic. ĩ. ſi pars here. pe. permittendum. in fi. & l. fi. & infra de Carbo. edic. l. j. j. reſpō. A & de exce. rei iu. l. j. §. Latinus. Sed arg. contra in eo. titu. de Carbo. edict. l. iij. §. quòd ſi ille. Et ſunt hæc arg. ad quæſtionem qua quæritur ſi quis promiſerit ſe non imbrigaturū, [a] an poſſit exceptionē opponere quaſi nō videatur imbrigare, vel controuerſiam facere niſi agat: ſed hîc innuit contra. Et eſt ar. infra rem ra. ha. quo enim. §. fin. quidam etiā ponunt caſum vt ſit procurator ſerui. & tūc eſt contra dictam. l. de aſſer. tol. l. j. & corrigitur hæc per illam.

a ] Bal. hîc dicit ſe neſcire alibi iſtā glo. inquantū vtitur iſto termino brigare, ſiue ĩbrigare: quod facit ad ſtatutum de eo qui promiſit ſe nō imbrigaturum, ſecundum gl. noſtram. no. hîc. Et homo brigator ſecundū qđ vult glo. eſt qui ſemper petit litigia & cōtrouerſias. vnde vulgo dicitur: *tu n'es ſi nō qu'vn brigueur*. es homo petens diſcordiam.

a *Procurator*. eius qui dicit ſe dominū ſerui.

b *Habiturum*. & certa quantitas hoc caſu imponitur pro pœnā. & tunc demum committitur ſi pro libertate iudicetur: vt infra rem ra. habe. procurator. §. ſi quis. Sed cur de rato cauetur, cū ſententia talis præiudicet omnibus? Reſpon. verum eſt, niſi vbi falſus procurator eſſet: vt C. e. licet. ſed an eſt neceſſe hîc ſatiſdari de iudi. ſol? Quidam dicunt ꝙ non: & idem eſt infra ea. l. §. fi. quia nil eſt ſoluendum, ſed ſententiæ adquieſcendum. ſecus in rei vindicatione, vbi vtraq; præſtatur: vt. ĩ. l. proxi. §. ſed & is. hoc nō placet, maximè propter alias duas clauſulas illiꝰ ſtipulationis: vt etiā innuit. ĩ. ꝓxi. §.

c *Quaſi actor*. id eſt procurator actoris.

d *Eſt & alius caſus*. ſcilicet à prædicto ſuprà proxi.

e *In venditione*. quam ipſe minor fecit cum decreto. & ita vult rem per officium iudi. reſtitui: & ipſe emptor vel eius procurator petiit vel poteſt petere preciū: vt infra de minoribus, quod ſi minor. §. reſtitutio. & l. patri. §. j. & hîc ſubiicit: vt C. de reputa. quæ fiunt in iudicio in integ. reſti. l. vna.

f *Procurator*. ſcilicet emptoris: & hoc propter precium.

g *Petere*. puta precium.

h *Debeat*. vt fructus rei reſtitutæ.

i *Cauere*. non ſolùm iudi. ſol. & hoc propter clauſulam doli, & de defendendo, &c.

k *Procuratorem*. ex parte accuſati interuenientem.

Cognitionū quatuor ſunt genera.

l *Accuſabitur*. aliàs excuſabitur. Sunt enim quatuor genera cognitionum. aut enim agitur de crimine capitali, aut de fama, aut de pecuniaria cauſa, aut de honoribus & muneribus: vt infra de var. cog. l. pe. hæc ergo eſt magis famæ quàm alterius generis & ſic magis quàm pecuniæ: vt non obſtet quod dicitur in actione tutelæ, & ſimilibus famoſis vbi datur procurator: vt infra an per alium cauſa app. l. j. §. planè. quia ibi principaliter ad pecuniam agitur. hic ergo condemnatus ob dolum, eſt infamis: ob culpam E non: vt inſtit. de ſuſpe. tu. §. ſuſpectus.

m *Nominatim*. ſed quare exigitur hîc ſpeciale mandatum, ſcilicet quòd per procuratorem quis litiget ne infametur: vt ſupra ti. j. l. furti. §. ſi quis? Rñ. fidelius litigabit pro ſe: ar. ĩ. de Car. edic. l. j. §. fi. Item in interdicto de quo ſequitur, eſt ratio, vt factum filij generali commiſſione non contineatur, ſicut nec generali obligatione: vt infra de pig. l. obligatione. & quia nullus affectus vincit paternum: vt C. de cura. fur. l. fi.

Nullus affectus vincit paternum.

n *Cogniturus*. quo caſu bonum & æquum eſt defenſionem audiri. ſ̃. eo. ſeruum. §. publicè. & C. eo. exigendi.

POmponius.] CASVS. Dicit hæc lex quòd non omnes actiones per procur. poſſunt expediri: quia pone quòd eram Bonoñ. ſtudiorū cauſa, & habebā rem cum aliqua, & ibi captus & retentus. ſi volo ego pater agere cōtra illū qui filium meū ſuum eſſe credēs detinet: agam quidem interdicto de liberis deducendis, vt ille filiū meum mihi det. nō potero hoc facere per procu. niſi duo interueniant. ſ. quòd ille procura. ſpeciale mandatū habeat: & ego valetudine aliqua vel alia iuſta cauſa fuero impeditus ne agere poſſim. [SI STIPVLETVR.] Tua domus minabatur ruinā meæ: procurator meus ſtipulatus de dam. infect. cauere debet de rato. idem eſt ſi legatum mihi fuit relictū in diem, vel ſub cōditione, & adueniēte die vel cōdi. procu. meus ſtipulatus fuit de legato ſoluendo adueniente die vel condi. quia & hic de rato cauet. [SED ET IS.] Contra te ego egi rei vin. & procu. cōſtituiſti: vel pro re defenſor interuenit. de rato quidē cauere debet, & de iudi. ſol. poteſt enim eſſe quòd condemnatus rem reſtituet, & dominus rei vin. iterum veniens petat à me eā iterum: procurator duplicem cautionem pręſtabit. ſ. de rato, & de iudi. ſolu. vt dixi ſtatim. Sed pone quòd ille qui pro te interuenit, erat procu. verus, & ſuccubuit: vel tu ipſe victus fuiſti. ſi poſtea agas, ſubmoueris except. rei iudi. [RATIHABITIONIS.] Titius conſtitutꝰ fuit procu. ante lit. conteſta. non debet quidē ab eo exigi cautio de rato poſt lit. cōteſt. etiam ſi dubitetur de mandato: niſi poſt lit. cōteſta. fuerit conſtitutus. [IN HIS.] Certū eſt ꝙ coniunctæ perſonæ poſſunt ſine mādato agere. ſ̃. eo. ſed & hæ. in prin. vnde pone: vnus coniunctus vult agere pro alio coniuncto. nunquid cauebit de rato? Et rñ. ꝙ cauere nō debet de rato: nec prohibetur, ſi non agit contra voluntatem illius quem defendit: quia tūc D etiam cum ſatiſda. non admittitur niſi in caſibus. Viuianus.

o *Interdictum*.. de libe. exhiben. imò deducendis, quod eſt infrà de libe. exhiben. vel dedu. l. iij. j. reſpon. idē tamen dico & in illo de quo eſt in prima. l. prædi. tit.

p *Et pater valetudine*. duo ergo hîc ſunt neceſſaria, & ꝙ nominatim mādetur: & ꝙ pater impediatur. ſed. ſ̃. l. proxi. in fi. ſufficit vnū. ſ. nominatim mandare. Et no. hîc plus valere ſpecialē cōceſſionem quam generalem: vt. ĩ. de mi. illud. §. ſi talis. & ĩ. eod. qui duos. & l. ſi itaq;. & ſ̃. l. proxi. in fi. & ĩ. de adqui. her. ſi quis mihi bona. §. ſed vtrum. & ĩ. de rit. nup. l. generali. in prin. & ĩ. de acti. emp. ſi mercedem. §. fi. & ĩ. ad l. Cor. de fal. l. j. §. inter.

Cōceſſio ſpecialis pręualet generali.

q *Si ſtipuletur*. id eſt ſtipulari velit.

r *De rato cauere*. etiam ſi habeat ſpeciale mandatum, ſecundum quoſdā: vt. ĩ. de no. ope. nū. l. de pupillo. §. qui procuratorio. & ĩ. ad Trebell. qui ita. §. j. Vel verius dic ꝙ non ſatiſdat ſi certum ſit de mādato: vt. ĩ. vt in poſ. leg. ſi is à quo. §. ſi ꝓcurator. ſed cur caueri debet hîc de rato? nec enim videtur poſſe committi ſtipulatio: ergo præſtari non debet: vt. ĩ. eo. non cogendum. §. fi. nā aut dominus ratū habet: & tūc non cōmittitur, cū defecerit cōditio ſtipulationis. aut ratū nō habet, & tūc nō cōmittitur. nā non debet cōmitti niſi ad intereſſe, cum prætoria ſit ſtipulatio: vt. ĩ. de præto. ſtip. l. prætoriæ. nō autem intereſt eius ratū haberi. nam ſi ratum haberet, ipſe & fideiuſſores eius tenerentur: & nunc non tenetur quis ſi damnū detur, cum ſtipulationē ratam nō habuit? Rñ. imò poteſt eius intereſſe ratum haberi. finge ante damnū datum dominum ratum non habentem deſiderare ſibi ſatiſdari, & me laborare & expenſas facere in fideiuſſoribus dandis: quippe ſi ratum habuiſſet, in quiete eſſem, & aliqua lucrarer, & nil expēderem: quis negabit mea intereſſe ratum haberi? certè nullus: vt infra vt in poſſeſ. lega. ſi is à quo. §. fina. & infra eod. qui abſentē. ſed hæc ratio in damno infecto nulla videtur: quia non eſt neceſſe ſatiſdari, ſed caueri: vt infra de dam. infect. prętor. Sed certè intereſt

Procurator rei, aliquādo cauet de rato.

intereſt conuenti iterum non vocari,& per vocationem non inquietari: vt infra de min o.l.minoribus.

a *Defenſor*.ſine mandato.

b *Præter*.nō excipit,ſed includit.ſic.ſ.l.ſed & hæ.§.penul.

c *De rato*.ſi dubitetur de mandato.Et ſic no.caſum vbi procurator rei cauet de rato.ſic.ſ.e.non ſolùm.§.ſi ſtatus.&.§.eſt & alius caſus.&.§.itē ait.& in omnibus duplicibꝰ iudiciis:vt ſ.eo.ſi defunctus.§.qui ad communi.alias non: vt infra eo.non cogendū.§.fi.& infra de compē.poſtea.&.ỹ.de ope.no.nū.de pupillo.§.fi.Sed quare non ſic in qualibet perſonali actione cauet de rato procurator rei?Reſpon.non eſt neceſſe: quia ſoluit de ſua burſa procurator: & ideo non poteſt dominus repetere: vt infra de condic.indebi.l.repetitio. Sed quid ſi ſpecies mihi debetur per actionem perſonalem, vt per actionem ex empto? hic dominꝰ poteſt reuocare. quare ergo de rato non cauet etiam procurator rei?Reſpō.quia in perſonali eſt obligatus do minus aliquid dare vel tradere, ſcilicet cum effectu vt nemo euincat:alias non videtur dediſſe: ideoque adhuc procurator tenetur ex ſtipul.iudi. ſol. quaſi nil fecerit ſi dominus reuocet. ſed ſecus in rei vindicatione, vbi nullo iure eſt obligatus: & ideo procurator liberaretur ſola facti traditione: vt inſtitutionibus,de actionibus.§.j. ſic ergo nō eſſet actori cautum, cum videretur feciſſe iudicatum. cauet igitur de rato: vt hîc dicitur.

Sed & is qui quaſi defenſor [a] in rem actione cōuenitur, præter [b] ſolitam ſatiſdationem iudicatum ſolui,etiam de rato [c] debet cauere. Quid enim ſi in hoc iudicio rem meam [d] eſſe pronūcietur:reuerſus ille cuius defenſor extiterat,velit fundū vindicare: nonne ratū non videbitur habere quod iudicatū eſt? [e] Denique ſi verus procurator extitiſſet,vel ipſe præſens cauſam ſuam egiſſet, & victus [f] eſſet:ſi à me vindicaret exceptione rei iudicatæ ſummoueretur. & ita Iulianus libro quinquageſimo Digeſtorum ſcribit. Nam cum iudicatur rem meam eſſe, [g] ſimul iudicatur illius non eſſe. †

† Exceptiones procuratoris debēt opponi ante litē conteſt.non poſt. h.d. Ratio:quia iſtæ exceptiones ſunt dilatoriæ:vt dicit glo. Barto.

Ratihabitionis autem ſatiſdatio ante litis conteſtationem [h] à procuratore exigitur. Cæterùm ſemel lite cōteſtata, non compelletur ad cautionem.

Coniunctæ perſonæ admittuntur ſine mādato, non cōtra mandatum.Barto.

In his autem perſonis in quibus mandatum non exigimus, [i] dicendum eſt, ſi fortè euidens ſit contra voluntatem eos experiri eorum pro quibus interueniunt, debere eos repelli. Ergo non exigimus vt habeant voluntatem vel mandatum: ſed ne contraria voluntas probetur,quamuis de rato offerant [k] cautionem.

† Fœminis pro parentibus cauſa cognita agere permittitur. Bar.

XLI. PAVLVS *libro nono ad Edictum*.

FOeminas [l] pro parentibus agere interdū permittetur, cauſa cognita: † ſi fortè parētes morbus aut ætas impediat,nec quemquam qui agat habeant. [m]

†Dic & hoc per quādam conſequentiam.cōcor. quod ſic no. in cano.1. in glo. ſuper verb. prohibetur.1.diſtinc.& Corſet.in ſuis ſing.in ordine allegat iſtum textū ad hōc quòd arg.à cōtrario ſenſu, in ſententia eſt validum.

d *Rem meam*.actoris.

e *Quod iudicatum eſt*. ſed videtur quòd hodie non ſit neceſſaria cautio de rato,cum dominus debeat iurare de calumnia: vt C. de iura.prop.calū.dan.l.j.§.ſinautem. cū enim iurat, omnia videtur habere rata.Rñ.imò habet locū.nam poteſt eſſe quòd ante lit.conteſt.interuenit procurator cuius factum dominus non vult habere ratum in iurādo de calumnia.committitur enim ſtipulatio de rato ad intereſſe aduerſarij : quia poteſt eſſe ꝙ multas fecit expenſas in eundo & redeundo ad iudiciū. Item adhuc oportebit eum narrare negociū:& iterum lit.conteſtari, & iterū confeſſiones & interrogationes facere.ſic.ſ.eo.quę omnia.in fi. Item pone quòd dominus lit.conteſt.facta,ſacramēto præſtito, poſtea vult agere per procuratorē: & dubium eſt an habeat mādatū,vel non.conſtat enim quòd & poſt lit.cōteſt.interuenit:vt C.e.l.nihil.certè debet cauere de rato.

f *Victus*.& mihi reſtituiſſet.

g *Rem meam eſſe*. Not. in rei vindic. pronunciari rem eſſe actoris,non fieri eius:vt hîc,&.ỹ.de rei vind.l. ex diuerſo. §. vbi autē. & infra de excep.rei iudic.ſi inter.§.j. & infra ſi ſer.vindi.ſicuti.§. ſed ſi quæratur.& totam.alias eſſet incerta ſententia : vt infra de verbo.ſignifi.l.pupillus.§.fi.& ideo non valeret:vt C. de ſenten. quæ ſine cer.quanti.l.fin. Et no.hîc quòd contrariorum eadem eſt diſciplina.ſic infra de inſtit.ſed & ſi pupillus.§.penulti.Sed ar. contra.ỹ.eo.qui proprio.§.procurator.in fin.& infra tit.ij.ſi quis negocia.in glo.fi.

h *Conteſtationem*.idem ex parte rei in ſatiſda.iudic.ſol. vt C. de ſatiſda.l.j.in fin.& eſt ratio,quia eſt dilatoria hæc exceptio:vt C. de proba.exceptionē.& C.de excep.l.penult.& ſatis dicitur fieri ante etiam ſi poſt incontinenti fiat,vel etiam tunc:vt C.de pact. petens.&.ỹ.de ſolu.Modeſtinus.Item hoc quādo procurator ab initio interuenit.ſi autē poſt lit.cōteſta.& tunc ſatiſdat: vt C.de conſor.eiuſdem li.l.ij.quæ eſt contra. [a] Item licèt cauere non teneatur,nūquid vt falſus poteſt remoueri,ſi hoc probatur etiam poſt lit.conteſta?Reſpon.ſic:vt C.eo.l.licèt.Accur.

a] Dic quòd ibi loquitur in procuratore qui interuenit poſt litē.conteſt. hîc antè: ſecūdū Bart.

i *Exigimus*.quia ſunt coniunctæ.

k *Offerant*. id eſt offerre velint. vel dic offerant, id eſt offerre debeant,ſcilicet cum admittatur.Et ſic colliges hîc, quòd nō ſolùm de defendendo:vt.ſ.eo.ſed & hæ.ſed etiā de rato debent ſatiſdare huiuſmodi perſonę:vt hîc,&.ỹ.de compen.l.ſi cum filio. in fi.& infra ſolu.mat.ſi cum.§.ſi pater.quandoque tamen & cōtra voluntatem admittuntur: vt in libertate, & in defenſione damnati:vt.ỹ.de libe.cau.l. iij.&.iiij. & de ap.non tantùm. & nota quòd ſatis offerre prodeſt alias, licèt hîc non proſit: vt.ỹ. quorū lega.l. ij.§.j. &.ỹ. quod vi aut clam. l.iij. §. ſi quis. & infra de ope. no. nun. ſtipulatio.§.j.

*Foeminis*.] CASVS. FScire debes quòd fœminæ nō poſſunt in iudicio defendere. infra eod.neque. hæc tamen lex ponit caſum in quo poteſt fœmina patrem defendere, & ꝓcuratrix eſſe pro patre,ſi ab alio nō defenditur pater, & ipſe pater valetudine impeditur.Viuianus.

l *Fœminis*.alias fœminas,& alias fœminis.

m *Habeant*. ſcilicet idoneum: vt.ỹ.tit.j.l.j. in fin.Sed ſi mulier defendat, nunquid iuuabitur Velleia? Reſpon. non:vt & alias.ỹ.de ap.re.l.j.alioquin rei deciperentur. Sed quidam dicunt quòd debet renunciare:vt C.quādo mu.tu.offi.fun. poteſt.ſi pater.Item nunquid filios defendit?quidam ſic. Tu dic quòd non,quia tutorem debent habere.vt C.eo.l.alienam.

†Glo.ſuper iſta.l. quærit quid in filio, an ſit legitima reſpōſalis mater:dicit quòd nō.& eſt ſecūdum Bal.no.ad hoc.dic ſecundum eū niſi eſſet tutrix.facit tex. in.l. qui aliena.§. quāquā.infra de neg.geſt.& l.filiæ.infra de ſolu.

LIcèt.] CASVS. Tu prætoris album corrupiſti, vel aliquid habuiſti appenſum in via publi.iſta popularis actio eſt:& ſi velim te per procuratorem accuſare,non poſſum.vnde meritò ſi ex illa corruptione vel appēſione ſequatur damnum priuatum, per procuratorem potero agere. poſtea dicit quòd crimē ſepulchri violati per procuratorem intentari poteſt: & ad actionem illam proſequendam poteſt procurat.conſtitui.[AD ACTIONEM.]Mihi iniuriam intuliſti, poſſum quidem in act. iniuriarū procura.conſtituere.& eſt ratio in litera,nam &c. [EA OBLIGATIO.] Titio mandaui vt eſſet procurator meus in quadam cauſa.mandatum intercedens mandati parit actio.tam directam quàm contrariam.& hoc in prima. Item in ſecunda dicit, quòd aliquando ex mandato non oritur actio mandati:& de hoc ponit duo exempla ſic: Heres inſtitutus vendidit mihi hereditatem:& cum creditores hereditarij conuenirent me, promiſi iudica.ſol.& eum fideiuſſo.dedi: & mandato meo fideiuſſit. dicit quòd ſi ille fideiuſſor pro me conuentus ſatisfecerit, quod non agit actio.manda.ſed ex mandato.Item in alio caſu licet mandatum interceſſerit, non tamen agitur mandati: puta ſi accepiſti decem mutuo,& pro te fideiuſſi:& creditor me fideiuſſ. conuenit:ego te procuratorē cōſtitui pro quo fideiuſſeram, & pro te tantùm fideiuſſi, ſcilicet de iudicato ſoluen. & ſolueram: dicit quòd ex vltimo mandato non agitur: ſed ex primo: & ita non parit actio.manda.Vltimo loco dicit: fui rogatus vt tibi hereditatem reſtituerem, & reſtitui tibi: & cum hereditas eſt reſtituta,aliquis vult te conuenire de hereditate: vel conuentus fuiſti actio.heredi.& conſtituiſti me heredem inſtitutum tuum procuratorē.dicitur hîc quòd bene poteris. Sed pone, aliquis obligauit mihi rem aliquam: poſtea cecidi à poſſeſſio. pignoris: an procuratorem conſtituere poſſim debitorem ipſum quaſi ad agendum ſcilicet contra poſſidentem? Et reſpon.quòd poſſum. Item pone quòd duo ſunt conrei credendi:poſtea debitor communis conſtituit ſe ſoluturum alteri:ille cui cōſtitutum eſt, vult agere de conſtituta: & vult alium conſocium conſtituere procura.dicitur quòd poteſt.Sed pone ꝙ duo ſunt rei credendi:certè alter conuentus poteſt alium procura.conſtituere: ſicut ſupra dictum eſt in aliis. [SI PLVRES. Titius fecit ſibi plures heredes: iſti cum here. diuidere vellent, & contingeret abeſſe

eos,procu.communem conſtituere voluerunt. Dicitur quòd nō poſſunt:& hoc propter adiudicationes & condemnationes quæ in iudicio diuiſorio contingebant. Sed pone, duo vel tres fuerant heredes: alter eorum deceſſit tribus heredibus relictis. dicit quòd illi tres loco vnius perſonæ ſuccedunt: vnde vnū procuratorem conſtituere poſſunt. [REO.] Aliquis,puta Titius,in iudicio conuentus cauit iud.ſolui.& dedit fideiuſſ. poſt dum inciperet litigare, timuerunt fideiuſſ. quòd ſtipu.iudi. ſolui. nomine illius particulæ de defendēdo committeretur,niſi aliquis ſuſciperet pro eo defenſionem. vnde dubitatur qualiter poſſint ſibi conſulere. Dicit quòd ſi vnus inſolidum ſuſcipiat defenſionem, vel ſi omnes conſtituant vnum procura. liberabuntur, & videtur defendere. Viuianus.

*Hinc ſumptę.l.1.& 5. de popular. act.Duare.

## In actionibus popularibus procurator dari non poteſt,niſi ad vtilitatem priuatam agentis pertineant.Bartolus.

XLII. IDEM *libro octauo ad Edictum.*

Licèt* in popularibus [a] actionibus procurator dari non poſſit: [b] tamē dictum eſt meritò eum qui de via publica agit, [c] & priuato dāno ex prohibitione [d] adficitur, quaſi priuatæ actionis dare poſſe procuratorem. Multo magis [e] dabit ad ſepulchri violati actionē is,ad quē ea res pertinet.

## In actionibus quæ competunt ad vindictam, poteſt conſtitui procurator.Barto.

Ad actionem iniuriarum ex lege Cornelia [f] procurator dari poteſt. nā & ſi pro publica [g] vtilitate exercetur, priuata tamen eſt.

## Obligatio ex contractu mādati parit actionē mādati:niſi ex neceſſitate præcedētis contractus mādatum fuit ſubſecutum. Barto.

Ea obligatio quæ inter dominū & procuratorem conſiſtere ſolet, mandati actionem parit. [h] Aliquando tamen nō contrahitur obligatio mandati: [i] ſicut euenit cum in rem ſuā procuratorē præſtamus,eóq; nomine [k] iudicatum ſolui promittimus. nam ſi ex ea promiſſione aliquid præſtiterimus,non mandati, ſed ex vendito, [l] ſi hereditatē vēdidimus, vel ex priſtina cauſa mandati agere debemus: vt ſit cum fideiuſſor reum procuratorem dedit. [m]

## Qui habet vtiles,poteſt facere procuratorem eum qui habet directas.Bartolus.

Is cui hereditas ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituta eſt, heredem iure dabit procuratorē. [n]

## Qui habet ius in re,poteſt dominū illius rei facere procuratorē.B.

Sed & dominum pignoris creditor rectè dabit procuratorem ad Seruianam. [o]

## Vnus ex correis poteſt aliū procuratorem conſtituere actiuè & paſſiuè.h.d.

Porrò ſi vni ex reis credēdi conſtitutū ſit,íſque alium in conſtitutam [p] pecuniā det:nō negabimus poſſe dare. [q] Sed ex duobus reis promittendi alter alterum ad defendendum procuratorē dabit. [r]

## In iudiciis diuiſoriis plures vnū procuratorē dare non poſſunt. h. d. Vel aliter: Vnus non poteſt eſſe procurator condemnati, & eius cui ſit condemnatio. Barto.

Si plures heredes ſint,&familiæ erciſcundæ, aut communi diuidundo agatur: [ſ] pluribus eūdem procuratorem non eſt permittendum dare: quoniam res expediri non poteſt circa adiudicationes & condemnationes. [t] Planè permittendum dare, ſi vni coheredi plures heredes exiſtant. [u]

## Si vnus vellet defendere reum, non committitur ſtipulatio ex clauſula de defendendo. Barto.

Reo latitante poſt litem conteſtatā, ita demū fideiuſſores [x] eum

Popularis actio quæ dicatur.

a *Licèt in popularibus.* eſt autē popularis quæ ius populi tuetur: vt infra de populari. acti. l.j. & da exempla vt ſupra de iuriſd.om.iudic.l. ſi quis id. & infra ne quid in lo.pub. l.ij. §. hoc interdictū perpetuum.&infra de lib. homi.ex.l.quod & lex. §. hoc interdictum. & infra de ſepul.vio.l. iij. in princ.& in fin. & infra de his qui deiec.vel effu.l.ſi verò.§.hæc autem actio. & infra ad Sill.l.antepe.§.fi.

Hinc vulgò colligunt obligationem eſſe matrem actionis.

b *Non poßit.* ſcilicet ad agendum,ſed ad defendendum ſic: vt hîc, & infra de popu. act.l. qui populari. & eſt ratio, quia non ſua, ſed populi. Item quia ita procuratoris dicitur cauſa,vt ſua.[a]

a] Bal.hîc dicit iſtam gl. eſſe ſing.ad hoc quòd procurator qui habet cauſam cōmunem cū alio, non poteſt exercere procuratorio nomine alteri⁹ æquè principalis, & gl.eſt clara.Bolo.

c *Agit.*ſcilicet interdicto illo,ne quid in loco publico: vt infra ne quid in loco public.l.ei qui. cuius loco hodie eſt actio in factum: vt inſtitut.de interdi.§.fi.

d *Prohibitione.*quia aliquid facis ibi vnde omnes lædūtur:& ego maximè,cum ibi plerumque habeam vti.Accur.

e *Multo magis.*ideo magis, quia magis videtur priuata actio ſepulch.viol.quàm prædicta in factum: cum illa detur ei primo cuius intereſt,& deinde aliis:vt.j̃.de ſepul.vio.l.iij.in prin.

f *Ex lege Cornelia.*quæ in tribus caſibus loquitur: vt inſtitut. de iniur.§.ſed & lex Cornelia.

g *Publica.*in duobus habet naturam publici iudicij: & quia publicè intereſt maleficia puniri:vt.j̃.ad legem Aquil. ita vulneratus.& quia principaliter ad vindictam. ſecus in actione Aquil. vbi principaliter agitur ad damnum. infra de iniur. l. prætor. §. j. in aliis duobus ſequitur naturam priuati iudicij: quia datur tantùm illi qui paſſus eſt iniuriam. Item quia commodum pecuniarium reportat:vt inſtit.de iniur.§.pen.& ratione horum duorum datur procurator:vt hîc dicitur. & hoc ſi agitur ciuiliter. ſi enim criminaliter: licèt ſit priuatum delictum,non poſſet dari procurator:vt C.de iniur.l.iniuriarum.ij.&.l.fin.§.licere.& §.ita tamen.Accur.

h *Parit.*Not.quòd parit obligatio actionem:vt inſtitu. de verbo.obli.in princ.Et not.quòd hic.§.vnam ponit regulam,quam facit fallere in duobus caſibus. Primus, ſi tibi hereditatem vendidi,& cum à creditoribus hereditariis conuenireris, ſponte reſpondiſti: nec enim compelleris: vt C.de pactis. l. ſecunda, fideiuſſi pro te de iudi.ſoluen.& mandato tuo ſolui:agam ex vendito, & non mandati. Secundus, pro te fideiuſſi in. x. & cum conuenirer, feci te procuratorem: & fideiuſſi iterum pro te tuo mandato,& ſatiſdedi iudic.ſolui. & ſolui. agam ex primo mandato, non ſecundo: & ſic mandatum non parit actionem mandati &c.

i *Mandati.* id eſt ex mandato.

k *Eóque nomine.* id eſt eo cōuento à creditoribus,& eo mandante.

l *Ex vendito.* quia hereditate vendita omne commodum & omne incommodum ſpectat ad emptorem: vt C.de hered.vend. l. ij. & infra de hered.vend. l. ij. §.non ſolùm.verſic.ſicuti. quare ſi quid ſolui, per actionē ex vendito peto: quia mandati actionem abſorbet: vt hîc. nec enim eſt veriſimile nos velle ex eo mandato naſci actionem,cum ſatis nobis cautum ſit ex veteri contractu.

m *Dedit.*ſupple & pro eo mandante iterū iudicatum ſol. promiſit, & ſoluit. ſed hoc caſu videtur agi debere ex nouo mandato, non priſtino: vt infra manda. ſi mandato meo.§. fin.quæ eſt contra.Solu. ibi interceſſit ſecūdum mādatum animo nouandi primum: hîc nō. Vel dic, ibi fuit geſtum negocium inter creditorem & fideiuſſorem: hîc inter fideiuſſorem & reum.

n *Procuratorem.* ad agendum contra hereditarios debitores.

o *Ad Seruianam.* id eſt quaſi Seruianā: quę hypothecaria dicitur: quam intentat:vt inſti.de actioni.§.item Seruiana.Contra videbatur his duobus caſibus,quaſi dominus in ſua re non poſſit eſſe procurator:vt infra de reg.iur.neque pignus. & infra manda. l.ij.in prin.ibi,quod ſi tua.

p *In conſtitutam.*id eſt ad agendum actione de conſti.pecunia.

q *Non negabimus poſſe dare.* quia iam iſte cui conſtitutum eſt, pro eo eſt ac ſi ſibi ſolutū eſſet:vt ipſo iure vel per exceptionem ab altero ſit liberatus debitor:vt infra de conſti.pecu.l.idem eſt. ſed quando non eſt conſtitutum,an vnus alterū dare poſſit?fortè non:vt arg.s̃.e.l.in prin.

r *Dabit.* quia duæ ſunt obligationes, licèt vna res debeatur:vt j̃.de duo.re.l.iij.in fi.&.l.eandem.§.fi.

ſ *Agatur.*erat ergo lis conteſta. quando procuratorem conſtituebant.

t *Adiudicationes & condemnationes.*Collige ergo argu.contra M. quia procurator etiam poſt lit.conteſta. interueniens debet cōdemnari:vt hîc,&.s̃.eo.ſi quis cum procuratorio nomine. &. j̃. eo.qui proprio.& C.eo.l.nihil.& plenè dic vt infra tit.ij.l.liberto.§.fina. Item quare ſecus in tutore duorum pupillorum: quia vterque erit actor.licèt inter ſe agant:vt infra de auct.tut.l. accipientis.quæ eſt contra? Reſpon.ibi loquitur quando vnus agebat contra extraneum:& idem extraneus cōueniebat alium pupillum:non autem pupilli adinuicem agebant.

Procurator etiā poſt litem cōteſtatam interueniens debet cōdemnari.

u *Exiſtant.*quia omnes loco vnius ſunt.

x *Fideiuſſores.*accepti de iudicat.ſol.

*Videbuntur*

UNED

a *Videbuntur*.non tamen tenentur propter fideiuſſionem defendere:vt infra iudi.ſol.l.iam tamen.§.in hac.&.§.ſi tamen plures.

b *Defendat*.hic puncta.& quod ſubiicit,vel omnes, &c. ſit ſenſus, quia ſiue omnes ſimul dent vnum procuratorem, ſiue quidam ex his dent vnum procuratorem,ſatis ſit.non autem eſt ſenſus,vel omnes, ſcilicet defendāt: quia hoc nō permittitur, cum graue eſſet actori cum tot litigare: vt.ǯ. iudi.ſol. iam tamen. §. ſi tamen plures.&.ſ.eo. non tamen.quæ ſunt contra. vel dic quòd etiam omnes defendent, ſcilicet inſolidū. prima verior eſt.

† Bald.hic no.iſtū tex. quòd fideiuſſor rei eſt eius procurator,& poteſt eum defendere etiā per procuratorem. Bolog.

*Mutus.*] CASVS. Hac lege dicitur quòd mutus & ſurdus procu. conſtituere poſſunt, & ipſi procuratores eſſe poſſunt ad negocia: non ad iudicia. [CVM QVAERETVR.] Contra Seium te procu.conſtitui in cauſa quam aduerſus Seium habebam: ipſe Seius allegabat me procu.conſtituere non poſſe.Dicitur quòd inſpiciendum eſt an procu.conſtituere prohibear: quia ſi non prohibeor, mihi videtur permiſſum. [IN POPVLARIBVS.] Contra te egi act. quadam populari: quia dicebam quòd album prætoris corruperas: vel quia in via publi. aliquid habebas appenſum. volebas quòd cauerem de defendendo quēlibet de populo. Dicitur hic quòd non debeo. [IS QVI.] Si ego amicus adulti adulto præſenti petam curatorem dari pro lite quam adultus cum aliquo habet,adultus cōſentire debet: ſi abſenti petam, de rato cauere debeo. [POENA.] In lite quæ vertebatur inter me & Seium: Titium inſtitui procura. procurator iſte vocauit Seium ad ius.Seius volebat quòd procura.caueret de defendendo,procurator cauere nō vult. Dicitur quòd deneganda eſt ei actio propter hoc quòd nō cauet de defendēdo.q. d. procu.meus non admittitur ad agendū ex quo non cauet de defendendo.[SI PROCVRATOR.] In.§.iſto ponitur quoddam conſilium. Dicitur enim quòd ſi procura.meus ad negocia vel ad iudicia velit aliquid ab aduerſario ſtipulari,& ſeruus meus fuerit præſens, in perſona mea & ſerui mei concipienda erit ſtipulatio: & fiet promiſſio ſerui mei abſentis. [QVI NON COGITVR.] Iſte.§. habet plura dicta. Primum eſt quòd procura. rei antequam ſatiſdederit iudi.ſol. non compellitur defendere: ſed ſatiſdatione præſtita compellitur defendere. Secundum, quòd procu. actoris ante cautionem defendere non cogitur,ſed poſt ſic. Tertium refertur tam in procu.actoris quàm rei,ſcilicet quòd non ſemper erit verum quòd procu.poſt ſatiſda. defendere compellatur. attamen in illis caſibus in quibus non compelluntur ſolùm ad hoc vt iudicium inchoetur per lit.conteſt.Quartò aſſignat rationem quaſi poſt ſatiſda.nō compellantur defendere: puta ſecretæ ſunt inimicitiæ:vel bona illius procu.qui ſatiſdederat,ab alio fuerunt occupata.aliàs neceſſe habet inchoata negocia finire:niſi aliis iuſtis cauſis fuit impeditus.Viuianus.

* Concor. huic.§.ca. ad quæſtiones. cū gl.ſuper verb. inhibitū.extra de re.permuta.

defendere † videbuntur, [a] ſi vel vnus ex his eum pro ſolido defendat: [b] vel omnes,vel qui ex his vnum dederint, in quem iudicium transferetur.

**Quilibet poteſt procuratorem conſtituere qui nō reperitur prohibitus. h.d. Vel aliter: In genere permiſſorum omnia intelliguntur permiſſa, quæ ſpecialiter non reperiuntur prohibita. Bart.**

XLIII. IDEM *libro nono ad Edictum.*

Mvtus & ſurdus per eum modum qui procedere [c] poteſt,procuratorem dare non prohibetur. forſitan [d] & ipſi dantur, non quidem ad agendum, ſed ad adminiſtrandum. Cum quæretur * an alicui procuratorem habere liceat, inſpiciendum erit an non prohibeatur procuratorem dare: quia hoc edictum [e] prohibitorium eſt. † In popularibus actionibus, vbi quis quaſi vnus ex populo agit, defenſionem [f] vt procurator præſtare cogendus non eſt. [g]

B **Minor ad petendum curatorem poteſt facere procuratorem: & ſi dubitatur de mandato, admittitur cū cautione de rato. Bar.**

Is qui * curatorem alicui [h] præſenti petit:non aliter audietur,niſi adulto conſentiente. [i] quòd ſi abſenti, [k] ratam rem eum [l] habiturum neceſſe habet dare. [m] † Pœna non defendentis [n] procuratoris [o] hæc eſt, vt denegetur [p] ei actio.

C

c *Procedere*.vt nutu vel ſcribēdo,ſi ſit literatus:quia ſolo cōſenſu cōtrahitur obligatio talis:vt.ǯ.māda.l.j.&.ſ. de pac.l. iuriſgētiū.

d *Forſitan*.philoſophicum temperamentum.ſic & infrà de arbit. ſi duo.ſic & ibi,Forſitan ſi non veniſſem,peccatum non haberēt. nam pro certo poteſt dari procurator : vt hîc ſubiicit. Sed tutor eſſe non poteſt:vt infrà de tute.l.j.§. mutus. &.§. ſurdus. Et not. hîc quòd quædam permittuntur extra iudicia,quę in iudiciis nō: vt hîc,&.ǯ.manda.ſi procuratorem.§.ſi quis.& ſuprà eo. ſeruum quoque. in princ. & ſupra de poſtu.l.j.§. propter caſum. & infra de adquir.here.l.mutum.

Quædā extra iudicia permittuntur,quæ in iudiciis non.

e *Hoc edictum*. duobus modis expone. primo edictum quo dicitur ne quis prohibeatur dare procuratorem, eſt prohibitoriū: ſicut illud, ne ei vis fiat, &c. nam ſicut illi, ſic iſti prohibetur fieri vis quò minus det procu.quilibet enim qui ſuo nomine habet actionem, dare procuratorem poteſt : vt infra de iniur. ſed ſi vnius.§.idem ait.& ſi quis dicat non licere lege vel conſtitutione, probet:vt infra de proba.l.ab ea parte. &.l. in exceptionibus.ſed hoc edictum non habemus. Vel ſecundò ſic,ſecundum Py. hoc edictū quo quis à procuratore conſtituendo remouetur,eſt prohibitorium,ſupple ſcilicet certarum perſonarum:vnde aliis conceſſiſſe videtur:vt.ǯ.de iudi.cum prætor.& niſi ſic ſuppleres, magis eſſet ratio in cōtrarium ad id quod intendit. Et quæ ſunt perſonæ quæ remouētur, dic per exēpla:vt ſupra eo.non ſolùm.§.ſi.&.l. Pomponius.&.l. licèt. j.reſpon.&.ǯ.de publi. iudi.l.pe.§. j. Itē tutor vel curator ante lit.cōteſt.vt.C.eo.neque tutores.&.l. procuratoribus. & etiam hoc edictū non habemus quo ad verba.

A

† Baro ait in exemplari Biturigum ducis addi rationē.quia quod nō eſt nominatim prohibitum, videtur eſſe permiſſum.

f *Defenſionem*. vt defendat ſingulos de populo.

g *Non eſt*. duabus rationibus. Prima eſt vt euitetur infinitas:vt ar. C.de ſacroſan.eccl.l.ſi. Secunda, quia ſuo nomine nō alterius agit, niſi pro priuato dāno agatur:& tunc dari poteſt procurator : vt ſupra eo.l.licèt in popularibus.in prin.& tunc ſatiſdat etiā de defendendo eum cuius nomine agit.

* Ange. hîc dicit iſtum tex. valde no. & menti tenendū ad limitationē omnium iurium de mūdo dicētium procuratorē debere admitti ad cautionem rati ſi de eiꝰ mādato dubitetur,nō habere verū,quādo dominus eſt præſens. quod dictū licèt ſit in ſe verum,tamē iſte tex.hîc non probat, vt poteris videre hîc in interpreta. Bolo.

† ſatiſdare.

h *Alicui præſenti*.ſcilicet adulto:vt ſubiicit.

i *Conſentiente*.i. vocato vt conſentiat. compellitur enim velle ſi agat:quia aliter non poteſt agere. Item ſi conueniatur , compellitur ſimiliter habere curatorem:vt inſtitu.de cura.§. item inuiti. & infra de tutelis.l.qui habet.§.ſi pupillus.

k *Quod ſi abſenti*.ſcilicet curatorem petat.

l *Eum*.ſcilicet adultum.Accurſius.

m *Dare*. Ioan. dicit non animaduerti quo caſu hæc ſtipulatio committatur curatori vel aduerſario.nam aut petebatur curator ad negocia:aut ad litē.ſi ad negocia:ſi quidem ratum habeat, nō committitur. ſi autem ratum non habeat,nec tunc committitur. nam cum debeat committi ad id quod intereſt illum ratum habere:hîc autem nil intereſſet,imò noceret: quia tenetur adminiſtrare : non committitur ſtipulatio : quia prodeſt quòd non ratum habet . ſi ad litem : hîc nunquam committetur curatori vel D aduerſario:quia cogetur ſemper habere ratū,ſiue agat, ſiue conueniatur:vt inſtitu.de curato.§.item inuiti.pro eodem igitur habetur ac ſi ratum habuerit:vt infra de negociis geſt.Pomponius. §. j. Reſpon. quod dicitur quòd inuitus accipit curatorem ad litem agendam,ſic intelligitur,vt non aliter audiatur vel admittatur ſi velit agere,niſi habeat curatorē. Quid ergo ſi adultus conueniatur ? hæc videtur multo durior oppoſitio: quia poteſt cogi & debet,vt habeat curatorem:vt infra de tute. qui habet.§. item Caſſius. Reſponderi tamen optimè poteſt, quia licèt cogi debet vt habeat curatorem,non tamen cogitur vt hunc vel illū habeat curatorem. ſic &. C. de iudi. apertiſſimi.hîc ergo ſi velit adultus ratam habere defenſionem,non committitur:alioquin committitur ei qui volebat conuenire minorem, vel conueniebatur nomine minoris:& ideo accepit ſatiſdationem rem ra.habe.ſi enim adultus habeat ratam defenſionem in primo caſu quādo fuit cōuentus minor (in quo caſu erat reus) fieret executio cōtra mino-E rē.in ſecundo.ſ.quando alius conueniebatur à minore, præiudicaretur minori per procuratorē:vt.ǯ.de re iudi.ſi ſe.§.tutor. cum verò petitur curator ad negocia : ille tantùm accipit ſatiſdationē qui petitur,& non alius. & hîc cōmitti ſtipulatio poſſit : vt ſi hîc curator tanquam curator vendidit rem minoris : & de quadrupla cauit ex conſuetudine loci. intereſt enim curatoris ꝙ ratum habeat minor:quia ſi ratum habet,nō vindicabit rem quam vendidit curator: alioquin contra.& ita curator de quadrupla teneretur.& ſic apparet ex prædictis ſatiſdari,ſcilicet aduerſario adulti quando ad litem,vel curatori quando ad negocia.

n *Pœna non defendentis*.id eſt non cauētis de defenſione. vel propriè pone,vt ſupra eo.ſeruum.§.ait prætor.

o *Procuratoris*.ſcilicet actoris.

p *Denegetur*. & ſic remouetur ab adminiſtratione : vt hîc,&.C. eo.l.actionē.&.l.iij.& idem in omni adminiſtratore. & hoc quo ad aduerſarium:ſed quo ad dominum tenetur actione mandati

UNED

Melius eſt habere actiones directas, quam vtiles. Bartolus.

Si procurator [a] agat, & preſens ſit abſentis [b] ſeruus: Atilicinus ait, ſeruo cauendũ, non procuratori.

Procurator qui ſatiſdat de defendendo, cogitur defendere ſi actio eſt tempore peritura. Item ex cauſa poteſt libere nõ defendere. ſed ſi actio non eſt peritura, & ſine cauſa non defendit, non cogitur: ſed ſtipulatio cõmittitur. h. d. cum.l.ſeq.

Qui non cogitur [c] defendere abſentem: [d] tamen ſi iudicatum ſolui ſatiſdedit defendendi abſentis gratia: cogendum procuratorem iudicium accipere, ne decipiatur is qui ſatis accepit. Nam eos qui non coguntur rem * defendere, poſt ſatiſdationem [e] cogi. [f] Labeo [g] cauſa cognita temperandum: & ſi captio actoris ſit propter temporis tractum, [h] iudicium eum accipere cogendum. [i] Quòd ſi aut adfinitas dirẽpta ſit, aut inimicitiæ interceſſerint, aut bona abſentis [k] poſſideri cœperint.

* reum.

XLIIII. VLPIANVS *libro ſeptimo Diſputationum.*

VEl ſi lõginquo ſit abſuturus, vel alia iuſta cauſa interuenerit: [l]

XLV. PAVLVS *libro nono ad Edictum.*

NOn cogendum. [m] Sabinus [n] autem, nullas prętoris partes eſſe ad compellẽdũ defendere: [o] B ſed ex ſtipulatu ob rem non defenſam agi poſſe: ac ſi iuſtas cauſas [p] habeat cur iudiciũ accipere nolit, fideiuſſores [q] non teneri: quia vir bonus [r] arbitraturus nõ fuerit, vt qui iuſtã excuſationẽ adferret, defendere cogeretur. Sed & ſi ſatis non dedit, [ſ] ſed repromittenti ei creditũ eſt: idem ſtatuendũ eſt. Qui ita [t] de publico agunt, vt & priuatum cõmodum defendãt: [u] cauſa cognita permittuntur procuratorem dare: & poſtea alius agens [x] exceptione [y] repelletur.

C Cautio quę non poteſt cõmitti, nõ debet interponi. hoc dicit. Vel ſic: Cui commiſſa ſunt antecedẽtia, commiſſa videntur ſequentia. & ideo quaſi ſit de mandato certum, non cauet de rato, cum committi non poſſit. Bart.

Si procuratori [z] opus nouum nunciatum ſit, [a] iſque interdi-

---

ad intereſſe: quia & hoc ſibi mandatum videtur, vt defendat: vt infra eo.l.ad rem.&.l.ad legatum. & ſupra de iuriſ. om. iudi.l.ij.

a *Si procurator agat.* in iudicio, & aliquid petat: & tunc cauebitur iudicatum ſol. vel iudicio ſiſti. Vel petebat ſtipulationem aliquã legati vel damni infecti: & tunc cauendum eſt ſeruo: quia melius videtur directam quæri quàm vtilem tãtùm: vt hîc, &.j̃. titu.j.l. fin. &.j̃.rem pupil.ſal.fo.l.ij.&.j̃.de adminiſt. tu.l.quotiẽs.in prin. Item quia melius videtur ordinariũ auxilium, id eſt directã actionẽ, quàm extraordinariũ. i. vtilẽ quæri: vt j̃.de mino.in cauſæ.in princ. &.s̃.de eden.quędam in princ.

b *Abſentis.* id eſt domini, qui eſt actor.

c *Qui non cogitur.* hoc primum reſpõſum loquitur de procuratore rei quod patet ꝓpter qualitatem ſatiſdationis, & quia dicit defendendi: vt inſtit.de ſatiſdatio.§.ſinautem. &.§.ſi vero aliquis. & de ope.noui nun.de pupillo.§.qui remiſſionem & quod ſubiicit probando in alio reſpon. nam & eos, &c. dicit de ꝓcuratore actoris. nam licèt nec primus defendere, nec ſecũdus agere ꝓ alio, & ſic nec eum defendere cõpellatur: tamen poſt ſatiſdationem cõpellũtur: vt.C.eo.l.inuitus. Vel intellige primũ reſpõſum in procuratore facto in rem ſuam ex parte actoris ex cauſa non lucratiua: quo caſu non tenetur defendere niſi ſatiſdet: vt hîc, &.s̃.eo. ſi quis in rem. Vel tertiò dic, quòd procurator actoris non tenebatur defendere: quia iuſtam cauſam habebat: vt ſupra eo. ſed & hæ.§. præter. quo caſu ſi ſatiſdedit, ſibi præiudicat: vt ſupra qui ſatiſdare cogan.l.ſi fideiuſſor.§. ſi neceſſaria. Vel quartò dic quòd dominus pro eo ignorante ſatiſdedit. vnde non tenebatur defendere niſi & ipſe ſatiſdediſſet: vt ſupra eodem, ſi defunctus.ij. reſpon. & ſecundum hũc caſum loquitur verſic.nam, &c. in procuratore rei, vt ſuperior, qui non cogitur, &c. Vel quintò dic quòd loquitur in tutore vel curatore qui non coguntur cauere de defendendo: ſi tamen cauerint, tenentur: vt.C.de adminiſt.tu.l.fi.§. defenſionẽ. prima verior eſt.

d *Abſentem.* ſcilicet reum non cogitur agere vel defendere.

e *Satiſdationem.* de defendendo.

f *Cogi.* ſcilicet præciſè, prout hoc reſponſum intelligitur de procuratore actoris, ſecundum quod modò expoſuimus: vt ſupra.e. ſed & hæ.§.præter.

g *Labeo.* ait. licèt dixerit procuratorem rei poſt ſatiſdationem cogi indiſtinctè: tamen diſtinguendum eſt propter tres caſus quos ponit.

h *Tractum.* qui eſt breuis.

i *Cogendum.* ſcilicet præciſè. & optimè in hoc dicit Labeo: vt ſupra eo. ſed etiam ex. & ſequens litera non loquitur quãdo res eſt peritura.

k *Abſentis.* ſcilicet huius qui ſatiſdedit, qui abſens eſt à reo: & reus ab ipſo. & ſic non eſt contra infra eo.l.Titius. Vel aliter ſol. vt ibi. & hoc modo vt hic dicitur abſens infra eod. ſi procuratorem.

l *VEl ſi longinquo. Interuenerit.* quæ enumerantur.s̃.eo. poſt litem.cum ſeq.ll.&.l.filius fa.§.fi.cum ſequentibus.

*NOn cogendum.*] CASVS. In hac lege ponitur ratio Sabini, quæ dicebat prætorem vel iudicem non debere compellere aliquem ad defendendum: ſed ſufficiebat committi ſtipula. quod eſt quando iuſta excuſatio non interceſſit: nec tamen res eſt peritura. Item dicit Sabinus, quòd ſi ex iuſta cauſa omit- A tatur defenſio, non committitur ſtipu. nec quantùm ad procuratorem, nec quantùm ad fideiuſſ. [QVI ITA.] Contra te egi act. populari, quia album prætoris corruperas, vel quia aliquid habebas appenſum in via publ. propter priuatum damnum meum: vtputa appenſum in via publica: vnde popularis oriebatur quęſtio. propinquus eras domui meæ: an in iſta act. procura. conſtituere poſſim, quæritur. Et reſpon. quòd ſic poſſum. [SI PROCVRATORI.] Procuratorem inſtitui ad negotia. iſte procura. incepit in meo ædificare. Mæuius nuntiauit ei nouũ opus. procu. cauit de demoliendo opere ſi appareat iniuſtè ædificatum: vnde Mæuius nunciationem remiſit. poſtea ei ædificanti nuntiauit vicinus nouum opus. procurator iuit ad iudicium interdicti vti poſ. quod continet tale ius, quòd ex quo ille qui ædificare vult, ſatiſdederit de opere demoliendo, ſi appareat fore ædificatũ iniuſtè, quòd non debet prohiberi ędificare. aduerſarius vult vt caueat procura. de rato, agens iſto interdicto. dicit ꝙ cauere non tenetur: & ſi cauerit, nõ committitur ſtipulatio iſta. Viuianus.

m *Non cogendum.* præciſè: nec ſtipulatio cõmittitur: vt infra proxi. at ſi iuſtas cauſas. &c.

n *Sabinus.* hîc non debet eſſe. §. ſed groſſa litera: & quod dicit Sabinus, dicunt quidã quòd corrigit omnia prædicta. Sed tu dic quòd non corrigit aliquid de dicto Labeonis: ſed dictũ priorum D ſic. ſi enim res ſit peritura, omnino cogitur ſecũdum Labeonem, & bene: vt.s̃.eo.l.ſed etiam ex.in fi. ſi verò iuſta cauſa interuenerit, non cogitur, vt ait Labeo: & bene: vt.s̃.eo. ſed & hæ.§.pręter. nec ſtipulatio committitur: vt hîc ſubiicit, at ſi iuſtas cauſas. ſed ſi iuſta cauſa non interueniat, nec res ſit peritura, non cogitur: ſed ſtipulatio committitur: & hoc adiicit Sabin. dicto Labeonis: & corrigitur per hoc dictum priorum. collige ergo, quia in primo cogitur, in ſecundo non: nec ſtipulatio committitur. in tertio nõ cogitur: ſed ſtipulatio cõmittitur: & hoc in procuratore rei: nam procurator actoris præciſè cogitur: vt.s̃.eod. ſed & hæ.§.præter. Item ad dictum Sab. quod eſt hîc, eſt contra.s̃.eo. ſi defunctus.j. reſpon. Sed dic quòd hîc eo ignorante vel contradicente dominus ſatiſdedit, vel ipſemet procurator ſatiſdedit: ibi eo ſciente & non contradicente dominus ſatiſdedit: vt & ibi dixi.

o *Defendere.* ſcilicet præciſè.

p *Iuſtas cauſas.* aliquam de prædictis.

E q *Fideiuſſores.* dati ab ipſo procuratore vel domino eo ignorãte.

r *Quia vir bonus.* ad cuius arbitrium debet defendi: vt infra eodem.l. Plautius.j. reſpon.

ſ *Sed & ſi ſatis non dedit.* ſcilicet cum fideiuſſoribus.

t *Quis ita.* pone caſum ſupra eo.licèt.in principio.

u *Defendant.* ecce quòd actor dicitur defendere, & reus agere: vt ſupra eodem.non ſolùm.§.ſi ſtatus.

Actor quandoque defendit, & reus agit.

x *Et poſtea alius agens.* ex eadem cauſa.

y *Exceptione.* ſcilicet rei iudicatæ: vt infra de popu.act.l.iij. & hoc ſi non per colluſionem ſit actum: vt.j̃.de iureiur. l. eum qui.§. in popularibus. Contra enim videbatur: quia cum ſit priuatũ damnum, videbatur alius non repelli.

z *Si procuratori.* ædificanti nomine domini.

a *Nuntiatum ſit.* & ipſe cauit de opere demoliendo. aliàs non haberet locum hoc interdictum quod ſubiicit: vt infra de ope. no. nun.l.de pupillo.§.penultimo.

*Interdicto*

a *Interdicto vtatur*.ſcilicet vti poſſidetis:vt dicunt quidam:quia qui ædificare prohibentur,& poſſidere prohibentur:vt infra de vi & vi arma.l.vim facit.& infra vti poſſi.ſi duo. Vel dic,hoc interdicto quod ſubiicit, ne ei vis &c. vt ſint verba cuiuſdam interdicti:vt infra de ope.no.nuncia.l.de pupillo.§.penult.

b *Defenſoris*. quãtum ad euitandam ſatiſdationem de rato. & eſt ratio: quia non poſſet committi ſtipulatio:vt ſubiicit:verè tamen eſt actor, cum agat interdicto: vt infra de ope. no.nũc.l.de pupillo.§. pen.quæ eſt contra.

† Cõcor.tex. in l.de pupillo §.qui remiſſionẽ. ff.de no.ope.nũ.text. in l.ſi pupillus.§.defendere de priuile.credi. infra.

c *Satiſdederit*. ſcilicet ſponte.

d *Nõ animaduerto*.nam aut ratũ habet,& ſic habet quod promiſit.aut non: & tũc poteſt etiã hodie prohibere. & ſic potius intereſt non habere ratum, quàm habere. ſed nonne ego animaduerto? pone ꝙ procurator iniuſtè victus eſt interdicto qđ proponit. ſi dominus ratum habet, intereſt mea. nam ſi ratum habeat, potero prohibere. ſi non habeat: non nocebit domino ſententia: ideoque dominum prohibere non potero: & ſic poteſt committi ſtipulatio: vt infra rem ra.habe.ſi ſine. §. quòd ſi procurator.nec placet vt dicatur non committi propter iniuriam: vt infra rem ra.hab.ſi ſine.§. cum autem.quia iniuria procuratori meo facta,mihi nocet:vt hîc,non ſi alteri fiat, vt ibi. An ergo cauebitur eo attento quod non iure fieri poteſt?Reſpon.non,vt hîc,& infra de pecu.eo tempore.j.reſpon.vel dic ,non committitur:quia totũ ſibi mandaſſe videtur:vt infra eod.l.ad rem.&.l. ad legatum.vnde non eſt expectandum vt ratum habeat : vt infra de condict.indebi.ſi procurator.ſecundum Azo. cum neceſſe habeat habere ratum. Vel dic, non committitur etiam ſi dominus non habeat ratum:quia eo non habẽte ratum,qui egit interdicto, per conſequens non videtur habere ratum primam ſatiſdationem quam fecit de opere reſtituendo. vnde tenet nunciatio.& ſic deſtrueretur opus factum poſt.potius ergo intereſt vt non habeat ratum, quàm habeat. ſic ergo ſuperflua eſt, cum non poſſit committi.

Et ei quo nomine.

* pro eo.

Iniuria pcuratori facta, nocet domino.

cto vtatur,[a] *Ne ei vis fiat ædificãti:* defenſoris[b] partes† eum ſuſtinere.nec cõpelli cauere ratam rem dominum habiturũ Iulianus ait. & ſi ſatiſdederit,[c] non animaduerto,[d] inquit Iulianus,quo caſu ſtipulatio committatur.[e]

Poſt litẽ conteſtatam reus poteſt facere procuratorẽ, & pro eo cauere. Bartolus.

B

XLVI. GAIVS *libro tertio ad Edictum Prouinciale.*

QVi proprio nomine iudiciũ accepiſſet,[f] ſi vellet procuratorem dare, in quẽ actor transferat iudiciũ,audiri debet, ſolenniterque pro* iudicatum ſolui ſatiſdatione cauere.[g]

Qui ſponte defendit,poteſt vnã cauſam tantùm defendere. Barto.

Ei qui defendit[h] eum cuius nomine ipſe non agat, liberum eſt

e *Committatur*.non ergo præſtatur, cum ſit ſuperflua. ſic infra vt leg.no.ca.hæc ſtipulatio.§.j.

QVi proprio.] CASVS. Egi contra te, & litem ſum conteſta. poſtea vis procura.conſtituere,bene potes,dummodo caueat procurat. iudicat. ſolui, vel tu pro eo, ſi præſens es. [EI QVI.] Pluribus actionibus te conueni.poſtea inceperas abeſſe. quidam obtulit ſe defenſioni tuæ.volebam vt in omnibus te defenderet,dicitur quòd non compellitur,ſed in vnica defenſione admitti debet defenſio eius qui ſe obtulit. [QVI ALIVM.] Dicitur hîc quòd quicunque alium vult defendere, ſatiſdare cogitur.nemo &c. [ITEM QVÆRITVR.] Caſus huius §. multis modis ponitur: ſicut in apparatu videre licet. ſed ad euidentiam huius.§.ponas vno modo ſic: Minor aliquis facilitate ſua fundum mihi vendidit: vnde poſtea voluit in integrum reſtitui:& cum peteret reſtitutionem aduerſus me ex illa cauſa, reſtitutus eſt.ego in cauſa reſtitutionis cõſtitui te procura. meũ. ſuccubuiſti, quia minor reſtitutus fuit ad petitionem illius fundi: vnde incipit fundum vindicare.nũquid in cauſa reſtitu.in integr.procura.compellitur defendere?Et reſpõ.quòd ſic. [PROCVRATOR.] Dicit. §. iſte quòd procurator debet reddere rationes eorum quæ geſſit in iudicio.vnde ſi quid de lite conſecutus eſt,illud domino reddere debet. Item ſi aliud indebitè exegit.Item econtra ſi ipſe procura.in aliqua cauſa condẽnatus præſtiterit,illa contrario mandati iudicio à domino recuperare poterit.veruntamen ſi ob culpam ſuam vel contumaciam aliquam pœnam præſtiterit,illam à domino nõ recuperabit:cum litis impendia reſtitui debeant ei qui bona fide impẽdit.ſiue fuerit procurator actoris,ſiue rei,litis impendia recuperat procurator.[SI DVOBVS.] Quidam puta Titius debebat mihi decem. conti-

A git me abeſſe.vnde duos conſtitui procur.Titium,qui erat debitor meus,& Seium.quæritur an Seius qui non eſt debitor,poterit exigere à Titio,qui Titius procurator & debitor eſt? & dicitur quòd ſic poterit. Viuianus.

f *Accepit*.ſcilicet per conteſtationem.

vel[i] in vnam rem defendere.

Nemo eſt idoneus defenſor alterius ſine ſatiſdatione. Barto.

Qui alium defendit,ſatiſdare[k] cogitur. nemo enim alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intellegitur.

Qui defendit in antecedẽti,cogitur defendere in conſequenti. hoc dicit.vel aliter: Qui defendit in præparatorio, cogitur defendere in procuratorio.

Item quæritur,[l] † ſi iudicium acceperat defenſor,& actor in integrum reſtitutus ſit:an cogendus ſit reſtitutorium iudicium accipere.& magis placet cogendum.

Procurator etiam ad lites tenetur reddere rationem,& reſtituere reliqua: hoc eſt quicquid eius occaſione ad eum peruenit:& repetere expenſas. Barto.

C

g *Cauere*. ſcilicet dominus,ſi præſens eſt.aliàs ipſe procurator ſatiſdat.inſtit. de ſatiſda. §. ſinautem. verſicu. ſi verò aliquis. &.ƒ.iudi. ſol. ſi ad defendendũ. Itẽ ex eo quod in principio dixit dominũ iudicium accepiſſe, ſcilicet lite conteſtata contra ſe, & hîc ſatiſdat pro procuratore quem poſtea dat, colligitur quòd etiam poſt litem conteſtatã factus procurator debet cõdemnari. & pro hoc eſt ſupra eodem.l. licet. §. ſi plures. ſi enim dominus dãnaretur, non ſatiſdaretur, cũ per hoc fiat procuratoris conditio grauior: vt ſupra eodem.ſed & hæ.§.defẽdere.Sed arg.contra. eſt ad prædicta inſt. de ſatiſdatio.§. ſinautẽ.in fin.verſic.alia.Accur.

† Ludo. R. in ſuis ſing. fo.23 ſing. 638. reputat iſtũ tex.ſing. ſed cũ reuerẽtia ipſius, text.non ꝓbat id ad quod voluit eum alleg.vt videre potes hîc in interpreta.Bolo.

h *Ei qui defendit*. in ſpontaneo geſtore cum mandato vel ſine, intellige:nam ſufficit ſi cui &c. vt C.de nego. geſt. tutori. ſecus in tutore vel curatore: vt ibidem dicitur. item ſecus ſi agat nomine alterius: quia tunc cogitur in omnibus defendere: vt ſupra eodem.l.omnium.&.l.non ſolùm.

i *Vel*.pro ſaltem.

k *Satiſdare*.ſcilicet iud.ſolui:vt inſtit.de ſatiſda.§.ſinautem. hoc tamen fallit in duobus caſibus ſecundum quoſdam.vt ſupra eodem.non ſolũ.§.ſi ſtatus.&.§.fina.ſed etiã ſine ſatiſdatione conuenitur iudicati quandoque:vt infra eo.Plautius. Item nota hîc defenſorem ſine ſatiſdatione non admitti:vt hîc, & infra eo.minor.§.is qui.& infra de iudi.l.recte. Accur.

l *Item quæritur*.pone caſum quòd datus fuit defenſor aduerſus eum qui in integrum reſtitui volebat:eo quòd cum minor eſſet, prædiũ ſuum lapſus iuuentute vendiderat cum decreto: reſtitutus eſt vt vindicet. in vindicatione ergo cogitur defenſor iudicium ſuſcipere rei vindicationis, ſecundum Ioann. & eodem
D modo reſtitutus ad actionẽ perſonalem quã acceptilatione deceptus dimiſerat, cogitur defenſor hoc iudicium perſonale reſtitutorium ſuſcipere. Si autem quæras,cum quaſi dominus reſtitutionem implorauit: cur non eſt ei reſtituta magis res quàm actio?Reſpon.Io.quia non cõſtabat eum fuiſſe dominũ: ſed reſtitut° eſt,vt id quod ei obſtabat in vindicãdo,ſcilicet venditio, nõ obſtet.alioquin ſi cõſtaret eum dominum fuiſſe:res nõ actio reſtitueretur.& eodem modo dicas in perſonali quòd non erat purum debitũ:alioquin ipſa pecunia nõ obligatio reſtitueretur. & probãtur hæc omnia infra de mino.l.finali.& de condic. cau. da.ſi quis accepto tulerit.&.l.ſi mulier.& de his quæ in fraudem cre.l.ait prætor.§.partum.verſicu.ſi cõditionalis. Sed hæc poſitio non placet Azo.nam & ſi non conſtet ipſum eſſe dominum.
E officio iudicis etiam contra extraneum fit reſtitutio rei,cum habeat ab eo cauſam:vt infra de minorib.l.in cauſæ.prima.§.interdum.Dic ergo quòd hîc loquitur cum ipſe minor non tradidit: ſed ipſe emptor poſſidebat rem quam emit: & ideo emit ab eo, quia ſciebat eum dominum eſſe.& eſt ꝓ eo infra de adminiſtra. tuto.l.ſi ſine herede.§.interpoſito. Vel planius pone quod dicit reſtitutorium iudicium, hoc eſt iudicium quo emptor repetit à minore pretium quod in vtilitatem ſuã cõuerſum eſt: quod poteſt facere:vt infra de mino.quòd ſi minor.§.reſtitutio.Vel pone caſum in eo maiore,cuius res dũ vſucaperetur,cœpit abeſſe cauſa reipublicæ,& interim cõpletur vſucapio : qui reuerſus impetrat reſtitutionẽ.Ego ſic pono caſum,quòd minor petiit rem rei vindica.vel alia quacunque actione: & fuit contra eum pro defenſore cuiuſdam ſententia lata.petit reſtitui cõtra ſententiam. idem defendet reum. & ſecũdum hoc dic reſtitutus, id eſt reſtituendus.Sed cõtra omnes prædictas poſitiones eſt.C.e.l. inuit°.

UNED

vbi dicit procuratorem cauſam appellationis proſequi nō compelli. Sol. aliud eſt in appellatione, quæ eſt alia cauſa: alia in hac A reſtitutione in integrū, quæ quaſi eſt de appendiciis primæ: arg. infra de mino. l. præfecti. Sed argu. cōtra. in eo. ti. l. præſes. Item eſt argu. quòd aduocat⁹ in cauſa appellationis patrocinari tenetur. ſic & infra an per alium cauſa appella. l. finali. Sed contra eſt, cū ſit alia cauſa: vt C. cod. l. inuitus. ADDITIO. Tu dic quòd nō tenetur proſequi cauſam appellatiōis: quia dicitur alia cauſa: ſed iudicium reſtitutoriū ſic: vt hîc ſecundū Bartolum.

Aduocatus an in cauſa appellationis patrocinari teneatur.

Procurator vt in cæteris quoq; negotiis gerēdis, [a] ita & in litibus ex bona fide rationē reddere debet. Itaq; quod ex lite conſecutus erit, ſiue principaliter ipſius rei nomine, [b] ſiue extrinſecus ob eam rem: debet mandati iudicio reſtituere: vſq; adeo, vt & ſi per errorē, aut iniuriam iudicis nō debitum cōſecutus fuerit: id quoq; reddere B debeat. [c] Itē cōtrà, quod ob rem iudicatā procurator ſoluerit, contrario mandati iudicio recuperare debet. Pœnā autem quā ex ſuo delicto præſtitit, recuperare non debet. [d] Litis impendia bona fide facta vel ab actoris procuratore vel à rei, debere ei reſtitui æquitas ſuadet. [e]

Vnus procurator nō poteſt agere contra alium niſi expreſſè ſit ei mandatum. Bart.

C Si duobus mandata ſit adminiſtratio negotiorum, quorum alter debitor ſit mandatoris: an alter cū eo rectè actur⁹ ſit? & vtiq; rectè. [f] Non enim ob id minùs procurator intelligitur, quòd is quoque cum quo agitur, procurator ſit.

XLVII. IVLIANVS *libro quarto ad Vrſeium Ferocem.*

QVi duos procuratores omnium rerum ſuarum relinquit, niſi nominatim præcepit vt alter ab altero pecuniam petat: non videtur [g] mandatum vtrilibet eorum dediſſe.

XLVIII. GAIVS *libro tertio ad Edictum prouinciale.*

ITaque ſi hoc ſpecialiter mandatum eſt: tunc excipiente eo cū quo agitur, *Si non mihi* [h] *mandatum ſit, vt à debitoribus peterem:* actorem ita debere replicare: *Aut ſi mihi mandatum* [i] *eſt vt à te peterem.*

Procurator non poteſt facere cōditionem domini deteriorem, ſed meliorem ſic. h. d. cum. l. ſequ. Bartolus.

XLIX. PAVLVS *libro quinquageſimoquarto ad Edictum.*

IGnorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet. [k]

L. GAIVS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum prouinciale.*

QVacunque ratione [l] procurator [m] tuus à me [n] liberatus eſt, id tibi prodeſſe debet.

Qui poteſt in integrum reſtitui, non eſt idoneus defenſor: & reſtitutio principalis prodeſt fideiuſſori. Bartolus.

a *Gerendis.* ſ. extra iudicium vel ſine mādato: vt. ꝫ. de negotiis geſtis. l. ij. vel cum mandato: vt. ꝫ. mandati. l. idémque. §. primo. & l. ex mandato.

b *Nomine.* puta ipſam rem. extrinſecus autem vt fructus vel aliquid ex ſtipulatiōe propter rem non defenſam. & accipe hoc ſi tanquam procurator percepit. nā ſi tanquā quilibet, non cogeretur reſtituere: vt arg. ꝫ. ſol. matrim. ſi vero. §. item quicquid. & infra ad Trebellianum. debitor. §. finali. & ſic fuit definita cauſa quā habuerūt cōſules Mediolanēſes miſſi ad imperatorem Conſtātinopolitanum. Accurſius.

c *Debeat.* ſic infra titulo ſecūdo. l. ſi autem. §. item ſi fundum. Sed certè imò videtur quòd non, quia poſſeſſor hereditatis hoc indebitum non reddit: vt infra de petitione hereditatis. l. ſi poſſeſſor. §. ait ſenatus. verſicu. bonæ fidei. quæ eſt cōtra. Solu. hîc præceſſit cōtractus, ſcilicet mandati: ibi nullus inter poſſeſſorem & heredē. vel hîc vt procurator habuit: & ſic nomine domini: ibi nomine ſuo. Item contra infra de doli mali exceptione. ſi procurator rei. quia ibi procurator ex colluſione pecuniā accepit: quā dicit eum retinere. ſed ibi retinet aduerſus dantem, non aduerſus dominum cuius procurator eſt.

d *Non debet.* Not. ſic & infra de noxalibus actionibus. l. ſi communis familia. & ſupra quod quiſque iur. l. tertia. §. quòd ſi is. in fin. §. & infra de tutel. & rationibus diſtrahendis. l. prima. §. nunc tractemus. & §. planè. Item not. ex hoc & ſuperiori reſpon. non eſſe eandem rationem contrariorum: ſic & infra titulo ſecūdo. l. ſi quis negotia. Sed arg. contra. inſtit. de tute. in principio, & infra de vſur. Gaius. in fine. ADDITIO. Dic ſecundum Pau. de Caſt. hîc quòd hoc operatur culpa vel delictum procuratoris: cū non ſit eadem ratio contrariorum: vt infra pro ſoc. l. de illo. in fin. regulariter ſecus: vt. l. & ſi. infra de vulg. & pupilla. & l. fina. infra de leg. iij.

Contrariorum non eſt eadē ratio.

e *Suadet.* vt. ſ. de pact. l. ſumptus. & ꝫ. man. l. idémque. ꝫ. idē Labeo ait, & infra titu. j. ſicut. §. j. & hoc in procuratore qui habet mandatum omnino: ſiue perdat, ſiue vincat: vt C. māda. l. etiam. in eo autem qui ſine mandato defendit: diſtingue an vincat, & tunc repetit: an perdat, & tunc non: vt infra iudi. ſolui. l. iam tamen. §. in hac ſtipulatione.

f *Et vtique rectè.* imò non rectè: niſi nominatim mandatum ſit: vt infra. l. proxi. quæ eſt contra. Sol. hæc ſecundum illā: & ſic habet ſpeciale mandatum ſecundum Io. Alij diſtinguunt vtrum ſit procurator in exigendis debitis tantùm: vt hîc. an omniū factorum domini: vt ibi: & erit ibi ratio, quia primo caſu cum mādatum ſit vt in iudicio exigat, hoc à ſe nō poteſt. vnde eſt quòd hic alij intelligatur mādatum. in ſecundo non, niſi habeat ſpeciale mandatum: vt. ꝫ. e. l. itaque. Vel dic quòd in hoc. §. fuit commiſſa adminiſtratio Italicorum: vni alij prouincialium negotiorum. vnde ſicut ſi eſſet vnus in totū procurator, contra alium in omnibus ageret, quaſi ſit alter à toto prohibit⁹: ſic & hic quaſi à parte prohibitus poterit alium pro ſua parte adminiſtrationis conuenire. nā quod facit in toto quo ad totū denegata adminiſtratio, hoc in parte quo ad partem: vt infra de admi. tu. ſi duo. & l. inter tutores. in ſequenti verò lege cuilibet in totū adminiſtratio cōmiſſa erat. Vel diſtingue de quo debito agatur. ſi de eo quod erat ante mandatum, bene poſſet agi à procuratore cōtra aliū procuratorē. ſi autem de eo quod poſt contigiſſet, non poſſet: licèt actiones competant: ſed ex cauſa intrinſeca cœpit deberi. Si autē ex ipſa adminiſtratione, non ante eſt actio quàm finita ſit ipſa adminiſtratio: vt & diximus in tutela: vt infra de tute. & ratio. diſtra. ſi tutor. in fin. & l. ſeq.

QVi duos.] CASVS. Hæc lex cum ſuperiori continuatur: & eſt caſus talis: Conſtitui duos procuratores, puta Titium & Seium: an Titius poſſit exigere ab illo? Dicitur ꝙ non, niſi ſpeciale habeat mandatum: & ſi exigat, & alius excipiat quòd ſit procura. ſicut & ipſe, & quòd ipſe bene poſſet exigere ſi nō eſſet procurat. ſicut & ipſe: dicit quòd habens mandatum replicabit de ſpeciali mandato, dicens, tu bene exciperes niſi haberem ſpeciale mandatum. Viuianus.

D g *Non videtur.* ſed contra ſupra. l. proxi.

h *Taque. Si non mihi.* verba ſunt exceptionis.

i *Mandatum eſt.* ſcilicet ſpecialiter. & ſic no. ſpeciale hoc caſu deſiderari mandatum: vt dixi plenè ſupra eo. Pompo. in prin. Item not. quòd aliàs eſt non, in litera: aliàs non eſt, non: & ſunt verba hæc replicationis.

k *Gnorantis. Non debet.* niſi in tribus caſibus: quando ſcilicet eſt in rem ſuam: & quādo ſpeciale habet mādatum: & quando generale, ſed habet liberam adminiſtrationē: vt infra de iureiur. l. iuſiurandum. ij. §. ſi. & l. ſeq. & ſupra de pact. l. reſcriptum. §. fin. & l. ſeq. quæ ſunt contra. Sed certè nec tunc quando generalem habet adminiſtrationem & liberam, poteſt donare: vt ſupra de pactis. l. contra iuris. §. ſi filius. ſed licet deteriorem facere nō poteſt, tamen meliorem ſic: vt. ꝫ. l. proxi.

QVacunque.] CASVS. Quocunq; modo tuum procurat. libero, hoc tibi proderit: hoc eſt videor te liberaſſe. Viuia.

E l *Quacunque ratione.* ſiue ipſo iure, quod fit multis modis: ſiue per exceptionem pacti vel aliam. aliud ſi non ratione, ſed contra rationem, vt per dolum vel metum vel ſimiles modos: quia non videtur hoc ei commiſſum: ſed vt bona fide faciat ſic, vt infra de condict. inde. l. ſi procurator. in princi. & §. Celſus. in fin. ſed videtur quòd pactum non valet: quia tunc demum valet cū principaliter ei prodeſt cui fit: vt ſupra de pact. l. fideiuſſoris. ibi, neque enim &c. quæ eſt cōtra. Solu. & hîc intereſt procuratoris: quia mandati tenetur ſi non quæſiuit quod potuit: vt arg. C. arb. tut. l. quicquid.

m *Procurator.* ego procuratorio nomine. ADDITIO. Bald. in. l. j. in fin. C. de ſent. & interlo. om. iudi. dicit iſtam glo. non eſſe alibi ad iſtud propoſitum quòd quando in ſententia dicitur, Cōdemno Titium procuratorem: perinde eſt ac ſi diceret procuratorio nomine. Bolog.

n *A me.* ſcilicet creditore tuo.

Minor

M*inor.*] CASVS. Dicit lex iſta quòd ſi minor vigintiquinque annis velit aliquem defendere, quòd non poteſt procur. eſſe nec defenſor: cum & ipſe minor & eius fideiuſſo. reſtitui poſſit. [QVONIAM.] Certum eſt quòd maritus in id quod facere poteſt, cõdemnatur: vt. j̃. ſo. ma. maritum. vnde pone: vir conſtituit procurat. ad ſuam defenſionẽ, cum actione de dote cõueniretur. ſolu. mat. nunquid procur. condemnabitur in id quod facere poteſt vir? Et reſpond. quòd ſic. [IS QVI.] Cuiuſcunq; dignitatis ſit is qui defẽdit, ſatiſdare debet iud. ſol. aliàs defendere nõ videtur: vt in duabus ll. ſe. quæ cõtinuantur cum iſta. Viuianus.

LI. VLPIANVS *libro ſexageſimo ad Edictum.*

MInor vigintiquinque annis ſi defenſor exiſtat, a ex quibus cauſis in integrũ reſtitui poſſit, b defenſor idoneus non eſt: c quia & ipſi & fideiuſſoribus eius per in integrũ reſtitutionẽ ſuccurritur. d Quoniã tamen defendere eſt eandẽ vicem quam reus ſubire: e defenſor mariti in amplius quàm maritus facere poſſit, f non eſt condemnandus. Is qui ſuſcepit defenſionem, etſi locupletiſſimus g eſt,

LII. PAVLVS *libro quinquageſimoſeptimo ad Edictum.*

ET ſi conſularis ſit,

LIII. VLPIANVS *libro ſexageſimo ad Edictum.*

NOn videtur defendere, niſi ſatiſdare h fuerit paratus.

LIIII. VLPIANVS *libro quinquageſimo ad Edictum.*

NEque fœmina, i neque miles, k neque qui reipublicæ cauſa abſuturus eſt, aut morbo perpetuo tenetur, aut magiſtratũ initurus eſt, aut inuitus iudicium pati nõ poteſt, l idoneus defenſor intellegitur. Tutores qui in aliquo loco adminiſtrauerũt, eodem loco defendi debent. m

Vtilis præfertur directæ. Bar.

LV. VLPIANVS *libro ſexageſimoquinto ad Edictum.*

PRocuratore in rem ſuam dato, præferendus non eſt dominus procuratoris in litem mo-

a *Minor exiſtat.* i. exiſtere velit: quod eſt cũ intereſt eius, vt quia ſit obligatꝰ. ſed certè imò hoc ipſo quòd implicatur: vt. j̃. de minor. l. minoribus.

b *Poſſit.* quando eſt hoc quòd poteſt reſtitui, & quãdo non? Reſpon. poteſt quãdo ſine mandato, vt patet hîc: quia dicit, defenſor nõ poteſt quando habet mãdatum: imò qui mãdauit, ſibi imputet: vt. j̃. de mino. l. cum mãdato. hoc nõ placet: quia lex illa in negotiis loquitur: & hic non habet legitimam perſonam: vt C. qui legi. per. l. j. & . ij. & j̃. de leg. tut. l. fi. ſed dic quòd quandoq; a etiã ſine mãdato defendens non reſtituitur, vt ſi pro patre mel matre vel ſimilibus interueniat defenſor in ſubſidium: vt. s̃. e. l. fœminas. & . j̃. de tu. & ra. diſt. l. j. §. ſed nõnullos. & de admin. tu. cum plures. §. cum tutor. ibi, in primis. & de lib. hom. exh. l. iij. §. ſed ſi mulier. his enim caſibus iure communi eſt vſus: vnde non reſtituitur: vt. j̃. de iureiur. nam poſtea. §. ſi minor. & C. de in integr. reſti. mi. l. non videtur. & C. eod. exigendi. in fi. Item quid ſi fideiuſſor animo donandi pro eo intereueniat: an erit tunc idoneus? Reſpond. non: vt C. qui le. per. l. j. & . ij.

a) Iſta gl. eſt ſing. ſecũdũ Bald. & Ang. hic.

Minor. 25. annis an poſſit eſſe procurator.

c *Non eſt.* Hîc habes ergo quòd minor. xxv. ann. non poteſt eſſe procurator: vt C. eod. l. exigendi. in medio. l. Sed contra. inſtitu. qui ma. non poſſ. §. eadẽ lege. & infra de manu. vin. l. ſi collactaneus. Sol. in illis. ll. ad negotia erat: hîc ad iudicia prohibetur. nã & ſeruus ad negotia poteſt eſſe, ſed ad iudicia non: vt. s̃. eod. ſeruum. Item contra C. e. l. exigendi. in fin. Sol. ibi damnandus erat abſens: quia lis erat in eum conteſtata. hîc non, ſecundum Irn. vt arg. ſupra eo. nõ ſolùm. §. fi. Sed quomodo ibi fuit admiſſus? aut enim quaſi procurator patrem defendere volebat, & tunc non debet admitti, quia perſonam non habet legitimam: vt C. ſi aduer. rem iudic. l. cum & minores. & C. qui legit. perſo. l. ij. Item quia & ipſi & fideiuſſoribus ſuccurritur: vt hic dicitur: maximè ſecundum noſtram ſentẽtiam: qui dicimus procuratorem quandoque interuenientem debere damnari: vt. s̃. e. l. qui proprio. in princ. diximus. aut allegando cauſas abſentiæ: & tunc quilibet debet admitti: vt. s̃. eo. ſeruum. §. publicè. dic ergo quòd ſpeciale fuit ibi vt pro parte admitteretur: quia in hoc caſu iure communi eſt vſus: vt hac lege modo notaui: & ſic nõ reſtituitur ibi, maximè ne lex videatur homines decipere quæ facit eũ admitti: vt ar. C. de his qui ve. æta. impe. l. j. Alij dicũt quòd ibi reſtituitur, vt hîc, quod eſt falſum.

d *Succurritur.* imò videtur quòd licet ſibi ſuccurratur, fideiuſſores tamen teneantur: vt. j̃. de arbi. l. ſi pupillus. quæ eſt contra. Sol. ibi loquitur quando fideiuſſit in rem minoris: hic non. vel verius ibi non reſtituitur pupillus: quia nec tenebatur niſi naturaliter: & ideo fideiuſſoribus nõ ſuccurritur: aliàs iuuaretur. Itẽ cõtra. C. de fideiuſ. mi. l. j. & . ij. & . ij. reſpõ. & . j̃. de mino. l. in cauſæ. j. in princi. Sol. P. dixit quòd hic fuit minor dolo inductus: quod nihil eſt: quia cũ nec fuerit hîc admiſſus, nõ poteſt dici etiam de facto quòd fuit dolo inductus. vel ibi ſciebat ſe pro minori fideiubere: hîc autẽ credebat eum eſſe maiorẽ. ſed hoc non valet: quia hoc caſu non deberet fideiuſſori ſubueniri in necem creditoris: vt. d. l. in cauſæ. Alij dicunt hoc in iudiciis: ſed leges contrariæ in cõtractibus. & hoc non valet: quia idẽ debet eſſe vtrobiq;, vt C. ſi tut. vel cur. inter. l. ij. Tu ergo dic: aut minore reſtituto datur in alium regreſſus: & tunc ſibi & fideiuſſori ſuccurritur: vt fuit hîc. nã minore reſtituto remanet actio creditori contra debitorem ſuũ quem defendere volebat minor. ſic & in minore qui hereditatẽ adiuit, & creditoribus hereditariis fideiuſſorem dedit. nam ſi reſtituitur & repudiet, reſeruatur actio in eum qui heres erit: & ideo fideiuſſori ſuccurritur: vt. j̃. de admi. tut. l. ij. & de adquirend. heredi. ſi pupillus. in fin. aut in aliũ actio creditori nõ ſeruatur, & tunc diſtinguitur an dolo aduerſarij inducitur minor: & tunc etiã fideiuſſori ſuccurratur non vt minori, ſed vt ſua reſtitutio ſibi proſit: vt C. de fideiuſ. mi. l. ij. ibi, verum &c. & . j̃. de excep. l. exceptiones. ij. §. rei autem. imò & ſi minor non curaret reſtitui, fideiuſſor tamen iuuaretur: vt. j̃. de cõtra tabu. ſi poſt mortẽ. §. fin. aut non fecit dolũ aduerſarius: & tunc fideiuſſor nõ iuuatur: vt in cõtrariis legibꝰ. Itẽ quid ſi ad agendũ minor cõſtituitur procurator? Reſpon. idẽ: vt arg. C. qui le. per. l. ij. vel dic contra, quòd tunc nõ poſſit reſtitui: & ſibi imputet qui eum cõſtituit: vt infra de mino. cum mandato. prima verior.

e *Quam reus ſubire.* Not. qui eandem perſonam repræſentat, eadem habet & priuilegia: vt infra pro ſocio. l. verum. §. j. & de dam. infect. l. qui bona. §. pen. & ſupra eo. ſed & hæ. §. defendere. & infra ſol. ma. l. alia. Sed argu. contra infra de admini. tuto. l. ex pluribus. ADDITIO. Pro declaratione huius gloſ. cum dicitur quòd defenſor repræſentat per omnia vicem eius quem defendit: hoc intellige in defenſore voluntario. nam qui defendit ex neceſſitate, etiam ex ſua perſona poterit defenſionibꝰ vti: vt. l. idẽmque. §. generaliter. infra manda. cum concor. ſecũdum Bartolum.

f *Poſſit.* habita ratione ne egeat: vt. j̃. de regul. iur. l. in condemnatione. in princ.

g *Locupletiſſimus.* Hîc eſt argu. contra. C. de epiſco. audien. l. de creationibus. §. j.

h NOn *videtur. Satiſdare.* ſcilicet iud. ſol. nemo enim alienæ litis &c. vt ſupra eod. l. qui proprio, §. qui alium. & inſtitu. de ſatiſda. §. fin. & infra de mino. quòd ſi de ſpeciali. in fin. & infra de iudi. rectè. & infra rem rat. ha. l. actor. & infra de regu. iur. qui rem. ſecus in tutoribus & curatoribus: vt C. de adminiſtra. tuto. l. fi. §. defenſionem.

NEque.] CASVS. Hîc enumerantur quædam perſonæ quæ inhabiles ſunt: & quæ officium procurationis vel defenſionis ſuſcipere non poſſunt. [TVTORES.] Si tutor adminiſtret in ciuitate Bonoñ. ſi quis vult ipſum tutorem defendere: debet eum defendere in ciuitate Bonoñ. Viuianus.

i *Neque fœmina.* niſi in caſibus: vt ſupra eo. fœminas. & dic vt. s̃. de ſta tu. ho. l. in multis.

k *Miles.* ſcilicet armatæ militiæ, niſi in caſu: vt C. eo. l. qui ſtipẽdia. & in alio: vt. s̃. e. filiusfa. §. veterani. & idem dicitur in milite cœleſtis militiæ: vt in ſacerdote & clerico quolibet in ſacris ordinibus poſito: vt in authen. de ſan. epiſ. §. Deo autẽ. ibi, aut procuratorem litis. & in glo. cauſis. col. ix. niſi in caſu ſimiliter: vt C. de epiſc. & cle. l. placet. vel dic prædictum. §. alium loqui in ſpecialibus caſibus quos ibi ponit in textu.

l *Non poteſt.* quia eſt factus conſul, vel alterius b iuriſdictionis: vt ſupra de in ius vocan. l. ij. & ſupra de iuriſd. om. iu. l. fi. multo magis nec ille qui etſi vellet pati iudicium, non poſſet: vt illuſtris, & ſuperilluſtris: vt C. eo. l. quicunque. & in authen. vt ab illuſtri. §. j. coll. v.

b) Bald. hic dicit iſtam glo. ſing. ad hoc quòd defenſor nõ poteſt aſſumi ſi ſit iuriſdictionis extraneæ. Bolog.

m *Debent.* cum enim ipſi debeant ibi reſpondere: vt infra de iud. heres. §. j. & defenſor ibi defendet: vt hîc, & argu. ſupra eod. ſed & hæ. §. non ſolùm.

PRocuratore.] CASVS. Habebam actionem quandam contra Seium: & illam ceſſi Titio: & eum conſtitui procura. in rem ſuam: poſtea quis noſtrum ſit præferendus: quæritur. Et reſpon. quòd procura. præfertur. Viuia.



UNED

uendã, vel pecuniã ſuſcipiendã. [a] Qui enim ſuo nomine vtiles actiones habet, ritè eas intendit.

**Cui committuntur ſequẽtia, videntur cõmitti antecedẽtia. Bart.**

LVI. IDEM *libro ſexageſimo-ſexto ad Edictum.*

AD rem mobilem [b] petendã datus procurator, ad exhibendum rectè aget. [c]

**Procurator datus ad agendũ, intelligitur ad litẽ perficiendã. Bart:**

LVII. IDEM *libro ſeptuageſimoquarto ad Edictum.*

QVi procuratorem dat vt cõfeſtim agat, is intellegendus eſt permittere procuratori & poſtea litem peragere. [d] Si quis remiſit [e] * exceptionem procuratoriam, [f] non poterit ex pœnitẽtia eam opponere.

**Procurator cũ libera poteſt omnia facere quæ dominus facere poſſet: & etiã alienare ſi donationem nõ cõtineat. h.d.tex. cũ glo.**

LXIII. PAVLVS *libro ſeptuageſimoprimo ad Edictum.*

PRocurator [g] cui generaliter libera adminiſtratio rerum

a *Suſcipiendam*. hoc verum eſt ſi litem conteſtatus eſt procurator: vel partem debiti accepit. vel denunciauit debitori ne ſolueret domino. aliàs domin⁹ præferretur, ſi vellet: vt C. de noua. l.iij. Item contra. huic. l. ſ. eod. l. ſi actor. Solu. ibi in procuratore rei: hîc actoris. Item not. hîc præferri eũ qui habet ius vtile, ei qui directum habet: vt ſupra de pact. ſi cũ emptore. & C. de nouat. l. iij. & infra quib⁹ mod. pig. vel hypot. ſolui. ſicut. §. ſecundo.

A *D rem.*] CASVS. Aliquis cõſtituit me procur. ad aliquam rem mobilẽ petẽdam. quæritur an poſſim agere ratione illius rei act. ad exhibendum. Et reſpond. quòd ſic poſſum. Viuianus.

b *Ad rem mobilẽ*. bene dicit de mobili: nam pro immobili non poteſt agi ad exhibendũ: vt C. quãdo & quibus quarta pars deb. l. ij. §. j. lib. x.

c *Recte aget*. cum ſit illius actionis præparatoria. cui ergo mandãtur ſequẽtia, & præcedentia vidẽtur mandata per quæ perueni tur ad ea: vt hîc, & infra eo. l. ad legatum. & ſupra de iuriſ. om. iu. l. ij. Sic ecõtra cui mandantur præcedentia, & ſequentia vidẽtur mãdata: vt infra. l. prox. & ſupra eo. l. qui ꝓprio. §. item quæritur. & C. eod. l. inuitus. & infra de condic. indebit. l. indebitam. in glo. videri.

* omiſerit.

Q *Vi procuratorem.*] CASVS. Te procur. conſtitui vt ſtatim ageres quandam cauſam quam habebam aduerſus Titium. quid tibi videor mandaſſe: quæritur. Et reſpon. quòd cauſam agas: & ad finem & effectum perducas. Vel poteſt aliter poni exẽplum: quia conſtitui te procur. vt litiges coram quodam iudice qui fortè erat amicus meus: vnde ſperabam ꝙ ſententia pro me daretur. finita eſt adminiſtratio illius iudicis, & alius ſucceſſit loco illius. nũquid videor tibi mandaſſe vt coram iſto ſubſtituto agas? Et reſpõ. quòd ſic: quanquã ſit iſte primus intellectus: vnde ageres coram iſto ſubſtituto. [SI QVIS.] Litem tecum habebã: & conſtituiſti pro ea procura. qui procura. eſſe nõ poterat: quia fortè erat miles: & aduerſus eum non excepi: ſed litem forte ſum conteſta. poſtea volo eum repellere, non poſſum. Viuia.

d *Peragere*. id eſt ad effectum ducere vſque ad finem. Et eſt hæc ratio conuerſa ſuperioris legis: vt ibidem diximus. Sed nunquid qui delegat iudicem vt cognoſcat, definitionem committere videtur? Reſpon. non, vt arg. C. ad legem Corn. de fal. l. vbi. & pro hoc etiam poſſet induci. C. de iudi. authen. ad hæc.

Exceptio procuratoria duplex eſt.

e *Si quis omiſerit*. ſciens vel ignorans, non curo.

f *Procuratoriam*. hæc eſt duplex: vel quòd non ſit procurator: vt infra man. l. ſi fideiuſſor. j. §. quædam. vel quòd nõ poſſit eſſe vel fieri procurator: vt infra de proba. l. in excep. §. ſed & ſi procuratoriam. idem dicas ſi omiſerit petere cautionem de defendẽdo, & in qualibet ſimili idem: vt C. de proba. l. exceptio. & C. de excep. l. penul. & fin. ſed in prima quando non fuit procurat. non habet locum hæc lex: vt C. eod. l. licet.

P *Rocurator.*] CASVS. Si aliquem conſtitui procura. & conceſſi liberam & generalem adminiſtrationem procur. omnia poterit facere vt dominus. nouare enim poterit, & permutare, & ſoluere debita creditoribus. Viuianus.

g *Procurator*. ſed & his duabus legibus cõcor. j. de ſolu. l. quodlibet. ſed contradicit. j. e. procurator totorũ. & l. mandato. & infra de iureiur. l. iuſiurandum. ij. §. fin. & l. ſequent. & ſupra de pactis. l. nam & nocere. &. §. de ſol. l. hoc iure. Solu. hoc verbum libera, quod hîc ponitur, tollit illud cõtrarium. Item licèt habeat liberam, nõ poteſt tamen donare: vt infra de dona. filiusfa. §. itẽ videamus. vel fortè ibi non habet liberam.

cõmiſſa eſt, poteſt exigere: aliud pro alio permutare.

LIX. IDEM *libro decimo ad Plautium.*

SEd & id quoque ei mãdari videtur, vt ſoluat creditoribus.

**Procurator generalis ſine libera non poteſt tranſigere.**

LX. IDEM *libro quarto Reſponſorum.*

MAndato generali [h] * non contineri etiam tranſactionem [i] decidendi † cauſa interpoſitam: & ideo ſi poſtea is qui mandauit, tranſactionem ratam non habuit: [k] non poſſe eum repelli ab actionibus exercendis. [l]

**In procuratorem ſimplicem nõ fit executio iudicati. ſecus in defenſorem. Barto.**

LXI. IDEM *libro primo ad Plautium.* *

PLautius † ait: [m] procuratorem [n] damnatum nõ debere conueniri, [o] niſi aut in rem ſuã [p] datus eſſet, aut obtuliſſet ſe, * cũ ſciret cautum [q] nõ eſſe: omnibus

M *Andato.*] CASVS. Alicui puta Titio generalem adminiſtrationem conceſſi. nunquid poterit trãſigere? Et dicitur quòd non: & ſi tranſactio fit, non tenebit. hæc vera ſunt niſi ratum habuero quod per eum geſtum eſt qualitercunque. nam ſi non habui ratum: ſi agam, non repellar. Viuianus.

h *Mandato generali*. ſcilicet tãtùm. & ſic nõ ob. ſupra eodẽ. l. procurator cui.

i *Trãſactionem*. nec pignoris remiſſionem: vt j. quibus modis pign. vel hypo. ſol. ſi conſentit. §. j. Accur.

k *Nõ habuit*. alioquin contra: vt infra rem ra. hab. l. ſi ſine. §. quod ſi procurator.

l *Exercendis*. vt hîc, & C. eod. l. ſi procurator. & C. de tranſact. l. trãſactionis. Sed quomodo non prẹiudicat: vt C. de tranſact. l. prẹſes? Reſpond. hîc fortè non habebat generalẽ vel liberam: vel aliud in ꝓcuratore, & aliud in tutoribus & præſidibus & ſimilibus: vt dicta. l. præſes. qui habent liberam.

* ad agendũ ſcilicet, non ad adminiſtrandum. Baro.

† Sic Flo. rectè. quidã emendant, deminuendi ex l. Lucius. §. vl. j. de ad. tut.

P *Lautius.*] CASVS. Ad defendẽdũ bonis procur. dat⁹ ſuccubuit: an in bonis procur. executioni ſententia eſſet danda vel demandãda, inter partes erat quæſtio. Et reſpõ. quòd non: ſed in dominum fit executio: niſi in tribus caſibus. Primus eſt quãdo procura. in rem ſuam eſt. Secũdus, quando obtulit ſe defenſioni dicens ſibi fuiſſe mandatũ, & nõ erat. Tertius eſt, ſi in veritate nullum habuit mandatũ: tamen iſte defenſor ſatiſdedit: & ſic facias cõſtructionẽ. Plautius ait, ſcilicet hoc quod ſequitur. & incipias conſtructionem in fin. omnibus placuit, &c. Viuia.

* Quid ſibi velit inſcriptio ad Plautium, vide Ant. Augu. li. 1. cap. 6.

† Bald. hîc dicit iſtum tex. ſing. ad hoc quòd falſus procurator obligatur ex ꝓceſſu per eũ agitato: cũ quo tamen nõ eſt ſtandũ. ſecũdum Bolo. hîc.

m *Plautius ait*. ſcilicet recitando quod ſequitur: quod omnibus placuit.

* horũ verborum interpretationem vide apud Cuiac. lib. 14. obſ. ca. 30.

n *Procuratorem*. id eſt procurantem aliena negotia. largè enim ponitur etiam pro eo qui mandatum non habet: vt patet per ſequentia. & ſic impropriè: vt. ſ. eod. l. j. & pro eo qui habet. Et ſic no. quòd verbum ſemel poſitum propriè & impropriè ponitur: vt ſupra de offi. proconſ. & lega. l. ij. in prin.

o *Conueniri*. ſcilicet actione in factum: ſed ex ſtipulatu ſic: vt ſupra eod. l. ſi procurator. §. fina. quæ eſt contra. ADDITIO. Tu dic ſecundum Barto. quòd ſententia non mandatur executioni contra procuratorem, ſed ex vigore promiſſionis factæ per eum de iudicato ſoluendo poterit conueniri & exigi, vt in contrario.

p *Niſi aut in rem ſuam*. ſed qualiter ex parte rei fit procurator in rem ſuã: ex parte enim actoris cõſtat: vt. ſ. e. ſi quis in rem ſuã. ſed dic in reo ſic fieri, ſcilicet quòd vendam & cedam alicui hereditatem in qua ſunt creditores: vt infra de condic. inde. l. fin. §. Titius. Item in duplicibus iudiciis: vt ſi cedã alicui tale ius. nam cum ego eram actor & reus, videor hoc idem ceſſiſſe: vt infra de iudi. l. in tribus. Item pone exemplum vt infra de noxa. de illo. §. fin. & l. ſeq. & j. de peti. hered. ſed & ſi lege. §. item ſi rem. verſic. quid tamen. & l. etiam. §. pen.

Procurator in rem ſuam ex parte rei quis dicitur.

q *Cautum*. id eſt mandatum ei non eſſe: ſed ipſe allegabat ſibi mandatum eſſe, & ſic mẽtiebatur: ſed in inferiori caſu idem erit etiam cum nõ allegabat, ſecundũ Ioan. Vel dic quòd primo hoc caſu fuit admiſſus ſine ſatiſdatione aſſeuerando ſatiſdatũ eſſe in alio caſu cum ſatiſdatióne. Vel tertio hîc cum dominus cauerat: ibi cum procurator. Sed hoc nõ placet: quia ſi dominus ſatiſdediſſet, ipſe cõueniretur ac ſi mandaſſet, vel ratum habuiſſet. Alij dicunt quòd habebat mandatum non pro eo, tamẽ erat ſatiſdatum: vnde poterat defenſionẽ recuſare. Sed nec hoc placet, quia vt ſatiſdaret, videtur ei mandatum: vt ſupra eodem. l. ad rẽ mobilem. prima ergo & ſecunda verior eſt.

Idem

placuit. Idem erit obſeruãdum[a] & ſi defenſoris loco[b] cum ſatiſdatione ſe liti obtulerit.[c]

Cui committuntur ſequentia, videntur committi antecedentia etiam contra diuerſas perſonas.

LXII. POMPONIVS *libro ſecundo ex Plautio.*

AD legatum[d] petendum procurator datus, ſi interdicto vtatur aduerſus heredem *de tabulis exhibendis*: procuratoria exceptio, quaſi non & hoc eſſet ei mãdatum, non obſtat.

Procurator generalis ſine libera vel ſine ſpeciali mandato non poteſt vendere niſi res tempore perituras. Bartolus.

LXIII. MODESTINVS *libro ſexto Differentiarum.*

PRocurator totorũ[e] bonorũ, cui res adminiſtrãdæ mandatæ ſunt: res domini neq; mobiles, vel immobiles, neq; ſeruus† ſine ſpeciali[f] domini mãdatu alienare poteſt, niſi fructus, aut alias res quæ facilè corrumpi[g] poſſunt.

† actor ſcilicet & diſpẽſator.

A perſona defenſoris in dominũ fit trãſlatio litis cauſa cognita. h.d.

LXIIII. IDEM *libro tertio Regularum.*

IS cuius nomine defenſor exſtitit, ſi ante litem conteſtatam in præſentia[h] fuerit, & poſtulet ſuo nomine litem ſuſcipere: cauſa cognita[i] audiendus eſt.

Procurator de cuius mandato conſtat, non cauet de rato. Item reuocatio mandati quæ in notitiã iudicis vel aduerſarij non peruenit, iudiciũ nullum nõ reddit. Bar.

LXV. IDEM *libro ſingulari de Eurematicis.*

SI procuratorem abſentem[k] dominus ſatiſdatione[l] rele-
B uare velit, literas ſuas ad aduerſarium[m] dirigere debebit, quibus ſignificet quẽ aduerſus eum procuratorem, & in qua cauſa fecerit: ratúmq;[n] ſe habiturum, quod cum eo actum ſit. hoc enim caſu literis eius adprobatis velut præſentis procuratorem interuenire intellegendum[o] eſt. Itaque & ſi poſtea mutata voluntate,[p] procuratorem eſſe noluerit, tamẽ iudicium quo quaſi procurator expertus eſt, ratum eſſe debet.

Electio facta per procuratorem
C ita conſumit ius eligendi, ſicut ſi facta eſſet per dominum. Bart.

LXVI. PAPINIANVS *libro nono Quæſtionum.*

SI is qui† Stichum vel Damã, vtrum eorum ipſe vellet,[q] ſtipulatus eſt (&) ratũ habeat quòd alterum[r] procuratorio nomine Titius petit: facit vt res in iudiciũ deducta videatur: & ſtipulationem[s] conſumit.[t]

† Bald. hîc dicit iſtum tex. ſing. ad hoc quòd electio per procuratorẽ facta valet: vno adito quod idẽ voluit Barto. hîc idẽ in. l. ſi ita ſtipulatus fuero. de ver. obli. & Ful. in l. 1. qui admit. ad bo. poſ. Bolo.

Procurator q pro euictione promiſit, tenetur finito officio. Bart.

a *Idem erit obſeruandum.* vt conueniatur ſicut in duobus præmiſſis caſibus: vt hîc, & infra de mino. l. eum qui.

b *Defenſoris loco.* id eſt ſine mãdato defendit. Quid ſi cum mandato, ſed præſtita ſatiſdatione à ſe? Reſpon. dominum conueniri actione in factum: ſed procuratorem ex ſtipulatione: vt. ĩ. de re iudi. l. iiij. in princip.

c *Obtulerit.* non allegando mandatum.

AD *legatum.*] CASVS. Rem aliquã mihi legaſti, & eã mihi petij tradi actione ex teſtamẽto. ſi heres tuus negauerit legatum, & tabulas teſtamẽti exhibere noluerit: an poſſit procurator intẽdere interdictũ de tabul. exhi? dicitur quòd ſic: nec ei obſtabit exceptio quòd ei non fuerit mandatum. Viuia.

d *Ad legatũ.* Hîc poſſum notare quod dixi s̃. eo. l. ad rem. Itẽ not. hîc quòd ſufficit fieri iuxta mãdatum, vel ſimile: vt. ĩ. man. l. fin. §. fin. &. ĩ. ad Trebell. l. mulier. j. §. Scæuola.

PRocurator totorum.] CASVS. An poſſit procura. cui eſt conceſſa totorum bonorum adminiſtratio, ſeruos vel alias res alienare? non poteſt.

e *Procurator totorum.* ſecus ſi vniuerſorum: vt infra de adquir. re. do. l. qua ratione. §. nihil. verſic. qua ratione. & in gloſ. libera. & inſtit. de re. di. §. vẽditæ. verſic. nihil. & ſupra eo. l. procurator cui. ſecundum M. quæ ſunt contra. ſed tu dic ſecundũ Io. quòd nõ eſt in hoc vis, ſed in hoc an non habeat liberam, vel ſpeciale de hoc mandatum: vt tunc alienare non poſſit: vt hîc, &. s̃. de offic. procu. Cæſa. l. j. §. j. &. C. eo. l. procuratorem. & ſupra eo. l. mãdato. &. l. ignorantis. &. ĩ. de pec. l. qui peculij. an habeat liberam: vt tunc poſſit, vt in dictis contrariis, &. C. quod cum eo. ſi liberam. & infra de rei vin. ſi quis hac. §. fina. Accurſius.

Procurator an poſſit rẽ domini ſui alienare.

f *Speciali.* id eſt expreſſo. ſic. C. de neg. geſt. l. negotium. & ideo ſic dico quòd etſi non ſit ſpeciale, ſed generale: dum tamen habeat liberam, poteſt: vt modò dixi. Et quod dicit alienare, dic ſcilicet transferendo dominium: vt accipitur hoc verbum. C. de fun. do. l. j. ſed obligare poteſt etiam non habens liberam, ſi modò cõſueuit dominus talia facere, ſecundum Azo. vt. ĩ. de pigne. act. l. ſolutum. §. fi. &. l. vel vniuerſorum. Accurſius.

Procurator rem domini obligare poteſt.

g *Corrumpi.* quæ poteſt diſtrahere: vt hîc, &. C. de admini. tu. l. lex quæ. in fi. &. ĩ. ad Trebell. mulier. j. §. ſed enim.

IS *cuius.*] CASVS. Conſtitui procuratorem, vt me in iudicio quo actor me voluit conuenire, defenderet. ante litem conteſtatam an poſſum petere vt in me transferatur iudicium, quæritur. & reſpondetur quòd ſic, ante lit. conteſta. poſſum petere remoueri procur. & cauſa cognita. & ſubintelligas, maximè: quia idem eſt & ſine cauſæ cognitione: vt ſupra eodem, ante litem conteſtatam. vbi de hoc notatur. Viuianus.

h *In præſentia.* id eſt coram iudice.

i *Cognita.* imò videtur etiam ſine cauſæ cognitione: vt. s̃. eo. l. ante litem conteſt. licèt poſt litem cõteſt. exigatur cauſæ cognitio: vt. s̃. e. l. poſt litem. &. C. eo. l. procuratoribus. &. l. nulla. Sed reſpon. hîc ſubaudi maximè. Vel dic quòd etiã ante litem cõteſt. inſpicitur aliqua cauſæ cognitio, ſcilicet an ſit in rem ſuam: vt. s̃. eod. l. procuratore. ſed etiam vertitur tunc in cauſæ cognitione id quod eſt. C. de noua. l. iij. Item etiam ſi ſit ſimplex, inſpicitur an ille qui remouere vult, & ipſe litigare, ſit illuſtris vel ſi-
A milis qui per ſe non poſſet agere: vt. C. eo. l. quicunque. vel ſi pupillus ſit. Item inſpicitur an ſe pro hoc in aliquo iudicio obligauerit: quia id abeſſe videtur: vt. ĩ. titu. ij. ſi quis mandato. Accur.

SI *procuratorem.*] CASVS. Procurator meus agebat Mutinæ contra Seium, & petebat centum: Seius volebat vt procu. ſatiſdaret me ratum habiturũ quòd Bono. eſſem. an ab iſta ſatiſdatione procur. releuare poſſim, quæritur. & reſpon. quòd ſic. Item literas ad Titiũ miſi, & ei ſignificaui quòd talẽ ordinauerã in procuratorem, & ad talem cauſam: & quod cum eo actum fuerit, ratum habebo. vnde ſi poſtea procu. reuocare velim, & reuocem aduerſario & iudice ignorãtibus: nihilominus quod cũ eo geſtum eſt, ratum habendum erit à me domino. Viuianus.

k *Si procuratorem abſentem.* dicitur abſens reſpectu domini qui abeſt ab eo.

l *Satiſdatione.* ſcilicet rem ra. habe. nam illã iudicatum ſol. nihilominus præſtat, etiam ſi milleſies cõſtet de mãdato: quin imò etiam ſi in rem ſuam ſit procurator: vt. C. de ſatiſda. l. j. in fin. &. s̃. eod. l. ſeruum. §. fin.

m *Aduerſariũ.* melius ſi ad iudicem: vt. ĩ. rem ratã ha. l. ne ſatiſdatio.

n *Ratúmque.* hæc ſuperflua ſunt: nam pręcedentia ſufficiunt.

o *Intellegendum.* literis ergo ſtatur: vt hîc, & infra de conſtit. pecu. l. quidam. &. C. de
D mand. princip. l. j. & hoc verum quando fuerunt approbatæ: vt hîc. ſed an approbatæ videantur eo ipſo quòd ſigillatę ſunt ſigillo domini? Aldri. dicit quòd non, niſi approbentur: vt hîc. Alij econtra, ſcilicet vt credatur: arg. C. de epi. & cle. l. ſi qua per calumniam. & infra rem ratam ha. l. ne ſatiſdatio.

p *Mutata voluntate.* ante litem conteſtatam: & intellige hoc ignorante aduerſario & iudice. nam ſi vtroq; ſciente, ſecus eſt: vt ĩ. iud. ſol. ſi ante. &. ĩ. de ſolu. cum quis. §. j. &. l. vero procuratori §. fi. arg. contra extra de procur. c. ex inſinuatione. Si autẽ ſciente altero tantùm, ſi iudice, ipſo iure non valet ſententia: quia ſciẽs in non legitimam perſonam tulit ſententiam. ſi parte, ſcilicet actoris vel rei: quia iudex nihil de contingentibus omiſit, valet ſententia: ſed ope replicationis annihilatur ſi reus ſciens eſt abſolutus. ſi verò procurator actoris ſciuit, valet ſententia lata pro reo: vt hîc: non contra eum, cum quo ad actorem per non legi-
E timam perſonã fuit litigatum. Et hoc lite non conteſtata: poſtea etiam domino inuito remanet procurator, niſi iuſta cauſa remoueatur: vt. s̃. e. l. quæ omnia. ſed & ſi tunc patiatur ſe remoueri: idem erit quod dixi modò. ſcilicet ante litem conteſtatam.

SI *is qui Stichum.*] CASVS. Mihi Stichum aut Damam promiſiſti, ita vt eſſet electio mea. procur. meus petiit Stichum. ſi petitionem illius ratam habeam, ſine dubio conſumpta eſt ſtipulatio quo ad Damam. Viuianus.

q *Ipſe vellet.* his ſcilicet verbis, quem voluero. vel etiam verbo, volam: & ideo non variatur hîc tali caſu: quia lis erat conteſtata: vt infra de verborum obliga. ſi quis ſtipulatus. in principio.

r *Alterum.* puta Stichum.

s *Stipulationem.* id eſt electionem ſibi ſtipulatione conceſſam. nam non licet ei poſtea variare, & Damam petere ſicut ſi nec ipſemet egiſſet. & hoc dicit hîc Ir.

t *Conſumit.* quantum ad priorem formam ex qua petere potuit

vtrum vellet. licèt enim reus ante litem conteſtatam poſſit variare quotiens vult, vt. ǰ. de verb. obli. l. eum qui certarum. §. fi. & eſt ratio vt ibi: non tamen eſt hoc in actore: vt dictum eſt. d. l. ǰ. de verb. obli. l. ſi quis ſtipulatus. Vel propriè pone ſtipulationem conſumit, & hoc intelligas, ſcilicet exactione facta, non conteſt. lit. vt infra de conſtit. pecu. l. item. §. fin. Vel dic, conſumit, ſcilicet abſoluto reo ſi ſtipulator habeat ratum.

P *Rocurator.*] CASVS. Hæc lex & ſeq́uẽs quæ continuatur cum iſta, loquitur de procur. ad negocia conſtituto. procur. ergo talis prædium meum vendidit, & de euictione cauit: poſtea deſiit procur. eſſe: nũquid adhuc tenetur de euictione? & reſpon. quòd ſic.

a *Procurator.* hac & ſeq. l. loquitur de procuratore ad negotia conſtituto. Accurſius.

b *Non leuabitur.* ſic & in adminiſtratore ciuitatis ſi quid officij tẽpore promiſit animo nouandi, & liberandi rempublicã: vt infra de admi. re. ad ciui. perti. l. iij. §. in eum. ſed ſecus ſi iudicio pro alio ſubeat procurator: niſi in tribus caſibus: vt ſupra eod. l. Plautius. & ǰ. de re iudic. l. iiij. in princ. Et eſt ratio quare aliud

LXVII. IDEM *libro ſecundo Reſponſorum.*

P Rocurator [a] qui pro euictione prædiorum quæ vendidit, fidem ſuam adſtrinxit: etſi negotia gerere deſierit, obligationis tamen onere prætoris auxilio non leuabitur. [b] nam procurator qui pro domino vinculum obligationis ſuſcepit, onus eius fruſtra recuſat. [c]

Ex re noſtra quæritur nobis actio per alium. hoc dicit.

LXVIII. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

Q Vod procurator ex re domini, [d] mandato non refragante ſtipulatur, [e] inuito procuratore dominus petere poteſt. [f]

LXIX. PAVLVS *libro tertio Reſponſorum.*

P Aulus reſpondit, etiam eum qui ad litem ſuſcipiendam [g] procuratorem dedit, cauſæ ſuæ adeſſe non prohiberi. [h]

Procurator in rem ſuam ex cauſa lucratiua debet dominum defendere. Bartolus.

h *Non prohiberi.* Dubium erat ex eo quòd non poteſt reuocare mandatum lit. conteſt. vt ſupra eo. quę omnia. tamen dicit quòd poteſt adeſſe, quia fortè timet ne colludatur: vt. ǰ. de inoffi. teſt. ſi ſuſpecta. & C. de liti. authẽ. nunc ſi heres. & ǰ. de appel. l. à ſententia. §. ſi heres. & l. ſi proluſorio. & infra de pig. ſi ſuperatus.

LXX. SCÆVOLA *libro primo Reſponſorum.*

P Ater filio ſuo pupillo tutorem dedit Sempronium creditorem [i] ſuum. † is [k] adminiſtrata tutela [l] reliquit fratrem ſuum heredem: qui & ipſe [m] deceſſit, & per fideicommiſſum nomen debitoris [n] Titio reliquit: eiq́ue mãdatę ſunt actiones ab heredibus. [o] quæro, cum tam tutelæ [p] actio, quàm pecuniæ creditæ, [q] ex hereditate Sempronij [r] deſcendãt: an non aliter mandata * actio ei [ſ] detur, quàm ſi defendat heredes, [t] à quibus ei actiones mãdatæ ſunt? Reſpondi, debere defendere. [u]

LXXI. PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

A Bſens reus [x] cauſas abſentiæ per procuratorem reddere poteſt. [y]

Per liberam perſonam actio habita & ius habitum conſeruatur. Bartolus.

LXXII. IDEM *libro primo Manualium.*

P *Ater filio.*] CASVS. Titio decem debebã. deceſſi quodã filio meo impubere relicto: puta Gaio: cui Titium creditorẽ meũ dedi tutorẽ. Titius malè adminiſtrauit: & factus eſt debitor pupilli in. l. & ita eſt debitor & creditor pupilli in. l. tutor deceſſit, & fratrẽ ſuum heredem inſtituit. frater ſimiliter deceſſit, & hoc quod ſibi debebatur à pupillo ex perſona fratris ſui cui ſucceſſerat, legauit Mæuio. Mæuius agit cõtra pupillum iam factũ adultũ pro illis. l. dicit Gaius quòd ille tutor tutelã malè adminiſtrauit: vnde vult eum cõuenire: & petit vt eum defendat. dicitur hîc quòd Mæuius debet eum defendere. Viuia.

i *Creditorem.* Quem adhuc hodie poteſt dare, cum fides approbetur à teſtatore, ſecundum Azo. vt inſtitu. de ſatiſda. in princip. Vel dic quòd non poteſt: vt diximus in authen. vt hi qui ob. ſe hab. perhi. res mi. §. j. col. vj. Item & in hoc eſt vis ſi dari non poteſt, an teneat datio. quidam quòd ſic: ſed cadit creditor à debito. alij quòd non cadit ſi ſciat, quod eſt verius: vt in authen. vt hi qui ob. §. j. col. vj.

Pertinet ad edictũ propoſitũ. ſ. l. 33.

† Iſte textus quotidie ad hoc allegatur ſecundũ Bald. quòd creditor poteſt eſſe tutor.

* mandati.

l. 33. §. publicè. ǰ. eod.

A

B

C

D

k *Is.* ſcilicet tutor.
l *Tutela.* male ſcilicet: ideoque cœpit teneri in centum.
m *Ipſe.* ſcilicet heres. Accurſius.
n *Debitoris.* ſcilicet pupilli, cuius debitor pater fuit.
o *Ab heredibus.* fratris tutoris.
p *Tutelæ.* directa ſcilicet in centum.
q *Creditæ.* in ducentis. Accurſius.
r *Sempronij.* quia Sempronius fuit creditor in ducentis ex mutuo, & debitor ex tutela in centum. Accurſius.
ſ *Mandati actio ei.* ſcilicet directa. ſed ſi intendat vtilem quam ſuo nomine habet: vt. C. de lega. l. ex legato. an teneatur tunc defendere? Reſpon. vt diximus ſupra eo. ſi quis in rem.
t *Heredes.* fratres tutoris.
u *Debere defendere.* imò videtur quòd non: cum ex neceſſitate facta heredi ſit ceſſa actio: vt. ſ. eo. ſeruum. §. fin. & l. ſeq. quæ ſunt contra. Sol. hîc ex lucratiuo ti. in rem ſuã procurator factus fuit, ibi nõ. Vel hîc ex liberalitate propria teſtãtis. ſ. autẽ ex neceſſitate, à qua liberalitas eſt remota: vt. ǰ. de adimen. leg. l. rem legatã.

A *Bſens reus.*] CASVS. Eram abſens. ſi conueniar ab aliquo, poteris me defendere in cauſa ciuili paſſim: & cauſas abſentiæ allegare in criminali: vt. ſ. eo. ſeruum. §. publicè. Viuianus.
x *Abſens reus.* id eſt accuſatus vel conuentus ciuiliter.
y *Poteſt.* Vt cauſæ abſentiæ tantùm allegentur. ſi autem velit defendere plenè in ciuili, poteſt. in aliis dic vt ſupra eo. ſeruum. §. publicè. Accurſius.

P *Er procuratorem.*] CASVS. Credis tu quòd officium procu. ſemper conſiſtat in adquirendo. aliquando enim retinetur ius noſtrum per procuratorẽ. de hoc enim ponit exemplum duplex: tenebaris mihi actione temporali. vnde cum illa tẽpore foret peritura: quia tempus illud iam ferè erat elapſum intra quod debuerat intẽtari: procu. ac. illam mouet, & litem eſt cõteſtatus: perpetuatur actio, & retinetur per procuratorem iſtum. idem eſt ſi dum vicinus meus ædificaret, procurator meus nũciauit nouũ opus. nam & in iſto caſu ius priſtinũ, hoc eſt ius quod mihi propter clandeſtinũ opus competeret: nunc vi denunciationis pinguius conſeruatur: ſed forma agendi mutatur. prius enim interdicto

in iudicio quàm in contractu: quia qui contrahit, ſolam intuetur perſonam venditoris: cum & rem alienã vendere poſſumus: vt infra de contrahen. empt. l. rem alienam. at in iudicio domini potius inſpicitur perſona. Item in tutelis ſimiliter ſecus. nam finito officio non tenetur tutor: vt. C. quando ex fac. tu. l. j. & C. de admi. tu. l. cum quidam. & infra quando ex facto tu. vel cura. l. poſt mortem. & ǰ. de euict. l. illud. §. j. quę ſunt contra. Et eſt ratio: quia illi ex neceſſitate ſuſcipiũt officium: iſti autem ex propria voluntate: vt. C. de negot. geſt. tutori. Item tutor publica auctoritate, id eſt à lege ſuſcipit officium: hic à priuato.
c *Recuſat.* dominus etiam rectè conuenietur: vt infra de act. empt. l. Iulianus. §. ſi procurator. Accurſius.

Q *Vod procurator.*] CASVS. Procuratorem ad negotia mea conſtitui, qui ex re mea aliquid ſtipulatus eſt. potero quidem hoc petere, velit nolit procurator iſte meus: & eſt hîc caſus ſpecialis, in quo per liberam perſonam actio quæritur. Viuia.
d *Ex re domini.* vt fructus & vſuras ex re domini, & quod dicit non refragante, ideo dicit, quia tunc non quæreret domino, licèt ſecus in ſeruo: vt infra de verbo. oblig. l. ſeruus vetante. & infra de adqui. re. do. l. etiam inuitis.
e *Stipulatur.* ſcilicet ipſi domino vel ſibi nomine domini dari.
f *Petere poteſt.* ſcilicet vtili actione: vt ſupra eod. in cauſæ. in fin. non directa, quæ per liberam perſonam quæri non poteſt: vt C. per quas perſonas nob. adqui. l. j. & hoc eſt verum generaliter ſecundum M. quòd vtilis per procuratorem quæratur: ſed tu E dic eſſe regulare vt nec vtilis nec directa quæratur: ſed fallit in caſibus quos no. inſtit. de inuti. ſtipula. §. ſi quis alij. in gloſ. nihil. ſed procurator cedere debet eam domino: vt infra de adqui. poſ. l. poſſeſſio. §. & ſi poſſeſſio. inter quę ſpecialia hoc eſt vnum, quando ex re domini, vt hîc. & erit ratio: quia nihil apud eum remanere oportet: vt ſupra eod. l. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. Alij intelligunt legem iſtam quando præſente domino ſtipulatur: vt infra de verbo. oblig. ſi procuratori præſentis. Alij dicunt circa iudicia ſpeciale: vt ſupra ſi quis cau. l. ſi procurator. & ſecundum hanc, dic legem iſtam loqui in ſtipulatione iudicio ſiſti, vel iudi. ſol.

Actio quandoque per procuratorẽ domino quæritur.

P *Aulus.*] CASVS. Conſtitui te procuratorem in cauſa quam habebã aduerſus Titium: timebã ne in propria perſona mea adeſſe poſſem: ſed hîc reſpon. Pau. quòd adeſſe potero. Viuia.
g *Suſcipiendam.* non ſolùm agendam.

dicto quod clam,nunc quod vi agēdū eſt. ſimiliter per procu. conſeruatur.Viuianus.

a *Actiones*.adquirimus enim quandoque,vt diximus ſupra eo. l.quod procurator.

b *Conueniat*.vt redhibitoria, vel quāto minoris. & ſic per procuratorem poteſt fieri conteſtatio litis: vt ſupra eo.ſed etiam.

Per procuratorem nō ſemper adquirimus actiones, [a] ſed retinemus: veluti ſi reum conueniat [b] intra legitimū tēpus, vel ſi prohibeat opus nouum fieri: vt interdictū nobis vtile ſit, [c] *Quod vi aut clam*. nam & hic [d] priſtinū ius nobis conſeruet.

Qui paratus eſt ſoluere,non cogitur iudicium ſuſcipere.Bar.

LXXIIII. IDEM *libro ſingulari de officio adſeſſorum.*

SI reus [e] paratus ſit ante litem conteſtatā pecuniā ſoluere, [f] procuratorē agēte [g] quid fieri oportet? [h] nam iniquū [i] eſt cogi eum iudicium accipere, propter quod [k] ſuſpect9 videri poteſt,qui præſente domino nō obtulit pecuniā. Quid ſi tunc facultatē pecuniæ nō habuit? [l] nūquid cogi debeat iudiciū accipere? [m] Quid enim ſi & famoſa [n] ſit actio? Sed hoc cōſtat, [o] vt ante litē cōteſtatam præſes [p] iubeat †in æde ſacra pecuniā deponi.hoc enim fit &in pupillaribus pecuniis. [q] Quòd ſi lis cōteſtata eſt: hoc omne [r] officio iudicis [ſ] dirimendum eſt.

c *Vtile ſit*. id eſt vtiliter cōpetat ſeu efficaciter:directum tamen, vt hîc,&.ſ.de ope. no. nun. ſi procurator. nā & hoc caſu prohibitio oſtēdit eū facere vim: vt magis ex facto delinquentis quàm per liberam perſonam dicatur adquiri: vt infra quod vi aut clā.l.iij.in princ. &.ſ.de vſur.l.ſi quis ſolutioni.§. mora. vel dic propriè vtile.

d *Nam & hic*.Reſpōdet tacitæ obiectioni: nōne mihi de nouo datur interdictum? & reſpondet ꝙ licèt forma agēdi de nouo quæratur:tamē ipſum ius nūciandi prius habebam: vel eram etiā hic acturus quod vi aut clam: & ſic cōſeruat quo ad genus:non quo ad ſpeciem: & fortè etiā alio modo iure poterā prohibere,vt negatoria:& ſic ipſum ius etiā prius competebat.

†Bal.in.l.cōſentaneum. in.2.colum. C.quomodo & quādo iud.reputat iſtū tex.ſing. ad hoc,quod ſolus iudex ordinarius poteſt abſoluere reū ab obſeruantia iudicij. de quo vide plenè in interpreta.hîc. Bolo.

SI *reus*.] CASVS. Decem mihi debebas: cum illa.x.multotiens petiiſſem,& mihi non redderes: dixi tibi, defende te ſi poteris:quia volo ea mihi dari per ſententiam. nūquid compelletur iſte ſubire iudiciū?videtur quòd ſic: quia doloſe fecit,cum domino non reddidit. ſed duæ rationes faciūt in cōtrarium:quia poteſt eſſe quòd illo tempore eam nō habebat. Irem poteſt eſſe quòd ex famoſa actione petatur, & tandem cōdemnatus efficeretur infamis.dicit quòd debitor pecuniā debet offerre,conſignare,& deponere officio iudicis ante lit.conteſta. poſt lit.verò cōte.officio cuiuſlibet etiā delegati:& ſic liberabit: quia ſic debitor pupillaris liberaret.vel dic aliter caſum vt in gl.

e *Si reus*.caſus.ratio pro vna parte, duæ pro alia: & poſtea ſol. dic ergo quòd dominus à debitore pecuniā petiit:& tunc noluit ſoluere debitor.vnde per procuratorē nunc dominus eū conuenit,& debitor eā offert, dicens ſe paratū domino ſoluere: an nihilominus condēnetur? videtur quòd ſic:quia debitor malitioſè feciſſe videtur cum primò nō ſoluit.econtra videtur ꝙ nō: quia fortè tunc pecuniā non habebat: & quia fortè actio eſt famoſa: quibus duobus caſibus maximè eſſet iniquum eum cōdemnari. ſoluit ergo diſtinguendo:aut nō eſt lis conteſt.& tunc tantū ordinarius faciet fieri depoſitionem.aut eſt conteſta.& tunc etiam delegatus:cum dominus litis poſtea ſit factus delegatus.

f *Soluere*.ſ.domino,qui tamen primo ei noluerat ſoluere.

g *Agente*.id eſt agere volente.

h *Oportet*.ſcilicet quæritur,& reſpon.nam iniquū &c. q. d. ſuſpectus eſt qui præſente domino pecuniam nō obtulit. nam calumnioſè videtur feciſſe:ſed propter hoc quòd poteſt videri ſuſpectus,iniquum eſt eum cogi accipere iudicium.Vel dic ſecundum Io.ſubaudiri etiā.q.d.nam iniquū eſt etiam cogi eum ſuſcipere iudiciū qui præſente domino pecuniā nō obtulit: propter quod.i.quia nō obtulerat pecuniā,poterat videri ſuſpectus,fortè quia falſos nummos daret.Et ſic not.iniquum eſſe eum cōueniri qui ſoluere vult: vt hîc, & infra de iudi. ſi debitori. & infra iudi.ſol.ex iudicatum.& inſti.de perpe.& tempo.act.§.ſi.

Conueniri non debet qui ſoluere paratus eſt.

i *Iniquum*.ratio quare non ſit condemnandus.

k *Propter quod*.ſubaudi hoc quod &c.q.d. ratione allegata proxi.non eſt ergo æquum reum cogi:imò iniquum.

l *Non habuit*.quando dominus petebat.& allegat nunc pro debitore. Et not. quòd hac lege dicitur de procuratore litis,id eſt

A qui debebat agere tantū cauſam,& ſic ei ſolui non poteſt: vt infra de ſol. hoc iure.& ſupra de pact.l.ſed ſi tātum.in prin.qualiter ergo fit obligatio,vt poſtea auctoritate iudicis fiat depoſitio quæ debet præcedere ad hoc vt fiat depoſitio in æde ſacra: vt C. de vſuris.l.acceptam? Reſpō.hîc nō fit procuratori,ſed domino dicit ſe ſoluere velle.

m *Accipere*. q. d. non cogitur.

n *Famoſa*. vel ex maleficio, vel ex contractu: ſicut eſt mandati: ex qua volebat eū per ſentētiam infamare: vt ſupra de his qui notā. infam.l.j.§.qui furti.& §.qui pro ſocio.

o *Sed hoc conſtat*. nunc ſoluit quæſtionem.

p *Præſes*.i. talis qui ſit ordinarius iudex. ſed lite conteſt.etiam delegatus:quia lit.cōte.dominus eſt litis: vt in authen.de exhi. & intro. reis.§.ſi verò.coll.v. & arg.ſ.de ædili.edic.l.ædiles.§.item ſciendum.

q *Pecuniis*. vt C. de vſur. pupil.l. pupillus. & in aliis quibuſlibet: vt hîc,&infra man.qui mutuam.§.j.

r *Omne*.ſ.oblatio,cōſignatio, & depoſitio, & in æde ſacra,& qualitercunq; procurator in litem non procedat in litigando.

ſ *Iudicis*. etiam delegati.

LXXIII. VLPIANVS *libro quarto Opinionum.*

NEc ciuitatis actor negotium publicum per procuratorē agere poteſt. [t]

Ab eo qui proteſtatur aliquid nomine alieno, poteſt peti cautio de rato ſi petentis intereſt caueri.

B LXXV. IVLIANVS *libro tertio Digeſtorum.*

QVi abſentem emptorē, eundēmque poſſeſſorē fundi [u] defendebat, & iudicium nomine eius accipiebat,poſtulabat à venditore fundi vt ab eo defenderetur: venditor deſiderabat caueri ſibi,ratam rem emptorem habiturū.puto eum venditori de rato ſatiſdare debere: [x] quia ſi fundū agenti reſtituerit, nihil prohibet dominum [y] rem petere, & cogi C venditorem rurſus defender e. [z]

Inopia rei non excuſat defenſorem qui ſatiſdedit:ideo ſi non defendit, ſtipulatio committitur. h.d.hæc lex not. quæ eſt ſubtilis & bona.Barto.

NEc *ciuitas actori*.] CASVS. Actor ciuitatis procu.cōſtituere non poteſt ante lit.conte.ſed poſt ſic.

t *Poteſt*.non poteſt actor facere procuratorem, ſcilicet ante lit. cōteſt.ſed poſt ſic: vt C.eo.l.neque tutores.Et eſt ratio:quia non ſunt domini, & procurator eſt qui aliena negotia &c. vt ſupra eo.l.j.idē ergo in epiſcopo,& quolibet prælato.Sed quidam decretiſtæ dicunt contra in epiſcopo: vt ar.v.q.iij.quia epiſcopus. D & quia non oportet ſeruum Dei litigare: vt.ij.q.vij.c.ſicut. in fi.

QVi *abſentem*.] CASVS.Emi à te fundum: & cum poſſiderē, Titius fundum illum vindicabat.procurator meus vel defenſor quia aberam, denunciauit tibi vt venires ad iudicium: & me in cauſa euictionis defenderes: tu vis vt procurator caueat me ratum habiturum.cauere debet iſte de rato.Viuia.

u *Fundi*.ſcilicet empti.

x *Satiſdare debere*.hæc ſatiſdatio ratione fundi cōmitti non poteſt:quia in eo expedit venditori magis etiam ratū non haberi, quàm haberi:quia poteſt eſſe ſi ratum nō habeat, & velit rē petere à poſſeſſore,quòd obtineat: & ſic non tenebitur vēditor de euictione. Dic ergo quòd committitur ratione ſumptus in litē facti.nam habebit neceſſe hic venditor emptorem agentem interim defendere:ſicq; litibus & ſumptibus vexabitur.[a] Vel melius dic, domino, id eſt, emptore non habente ratum,tenebitur E ad ſumptus litis: & ſic benè probatur per legem iſtam venditorem teneri in ſumptibus litis emptori de euictione agenti,quas fecerit dum ab eo res euincebatur.ſic & C. de euict. l. j. & infra de lib.leg.l.petitor.& infra ſi ven.no.mulie.in poſ.miſ.l.dolo.§. fi. Argu. cōtra.ſ.de verb.obli.l.venditores. Vel dic quòd poteſt intereſſe eius ideo,ne ab eo qui euincit inquietetur, cui fortè de rato aut de iudi.ſol.ſatiſdedit de defendēdo emptorem ſeu eius procuratorem. nam vtranque ſatiſdationem exponit hoc caſu defenſor: vt ſupra eo.Pomponius.§.ij.

a] Iſta eſt gl. not.ſecundū Bal. quòd debens defendere,tenetur ſuis propriis expēſis defendere:adde quòd etiam cum armis ſi opus eſt. Bolog.

y *Dominum*.id eſt emptorem.& ad hoc infra de fideiuſſ.l.fin. & infra vt in poſſ.leg.l.ſi is à quo.§.fi.

z *Defendere*.ſcilicet emptorem,etiam in agendo.

TItius.] CASVS. Procurator rei cauit iudi.ſol. deinde igne vel chaſmate perierūt omnia bona illius rei: vnde fact9 eſt non ſoluendo:& procur.iudicium accipere recuſauit. Dicitur ꝙ ex quo cauit pro domino,habendus erit loco domini, & defendere debet:nec proderit ei ſi nō compellatur:quia fideiuſ. ab eo

dati conuenientur: qui deinde à defenſore recuperabunt quidquid nomine eius perſoluerint. Viuianus.

a *Satiſdedit*.ſcilicet iudi.ſol.

b *Domini loco*.ſcilicet eius qui deſiit eſſe ſoluendo in primis in eo ꝙ dominum liberat:cum in eo fiat cõteſtatio animo nouandi:vt.j̃.de in rem ver.ſi pro patre.in prin.Sicut ergo dominus qui nihil habet, eſt tutus exceptione nõ facta hac nouatione:vt.j̃.de dolo.nam is. & C.de bo. auct.iu.poſ.l.ex cõtractu. ita & hic defenſor eſt tutꝰ eadẽ exceptione, licèt ſit perſonalis except.& fideiuſſoribꝰ nõ proſit:vt.s̃.eod.minor.§.quoniã.&.j̃.pro ſocio.verũ.§.j. & de re iudi.l. ſi cũ procuratore. & ſicut fideiuſſores rei non eſſent excuſati propter prædictã cauſam, ſcilicet ꝙ reus nõ ſit ſoluẽdo, vt inſtit.de repli.§.fi. &.j̃.de re iudic.l.& ſi fideiuſſor. ita nec fideiuſſores huius defenſoris: vt hîc dicitur.& ſic eſt cõtra.s̃. e. l.mutus. in fi. &.l. non cogendũ.§.Sabinꝰ. vbi dicit fideiuſſoribus etiam ſuccurri.Solu.hîc dicit parũ prodeſſe defenſori ſibi tantũ ſuccurri: ideoq; ſuccurretur etiã fideiuſſori: vt ibi,argu. C. de vſur.rei iud.l.fi.§.fi. Itẽ & quia licet alia videatur obligatio fideiuſſorũ:tamẽ ipſius eſt propria: arg. j̃.ad Vel.l. aliquãdo.& ſic hæc ſecundũ illas intelligitur. Hæc ſolutio eſt cõtra caſus poſitionẽ.Vel dic ꝙ ſi bona defenſoris cœperunt poſſideri, excuſatur:nec ſtipulatio cõmittitur,vt ibi.ſi verò bona domini, tũc ſecus:vt hîc,ſcilicet vt fideiuſſores nõ excuſentur: licèt ipſe ſic : vt dixi in caſu.Alij dicũt [a] ꝙ ibi omnia bona rei cœperũt poſſideri: & ſic in totum factus eſt non ſoluendo: hîc vero pro parte . Vel hîc de rigore iuris: ibi de æquitate:quæ æquitas præualet.

c *Præſtaturus*.præſtat tamen ſecundum quòd poſui caſum.

d *Eum*.ſcilicet defenſorem.

e *Accipere*.ſcilicet præciſè.

f *Conſecuturi ſint*. ſ. actione mandati.Et eſt hîc ar.ad quæſtionẽ qua quæritur de fideiuſſore qui denunciauit creditori ne numeret,quia reus factus eſt non ſoluendo , vt non excuſetur : ſed ibi videtur valere denunciatio ante numerationem:non poſt : vt.j̃. de fideiuſſo.l .ſi fideiuſſor.

LXXVI. IDEM *libro quinto ad Minicium.*

TItius cum abſentẽ defenderet,ſatiſdedit: [a] & prius quã iudiciũ acciperet, deſiit reus ſoluẽdo eſſe : quã ob cauſam defenſor recuſabat iudicium in ſe reddi oportere.quæro an [illegible] ei cõcedi oporteat.Iulianus reſpõdit , defenſor cum ſatiſdedit,domini loco [b] habẽdus eſt:nec multũ ei præſtaturus [c] eſt prætor , ſi eum [d] non coëgerit iudicium accipere: [e] cũ ad fideiuſſores eius iri poſſit:& hi quidquid preſtiterint,à defenſore conſecuturi ſint. [f]

B

Qui exceptiones calumnioſas opponit,non videtur boni viri arbitratu defendere,& ideo ſtipulatio committitur. Barto.

LXXVII. PAVLVS *libro quinquagenſimoſeptimo ad Edictum.*

C

OMnis qui defenditur, [g] boni viri arbitratu [h] defendendus eſt:

LXXVIII. APHRICANVS *libro ſexto Quæſtionum.*

ET ideo nõ poteſt videri boni arbitratu litẽ defendere is qui actorẽ fruſtrãdo efficiat ne ad exitũ cõtrouerſia deducatur. [i] Ad duas res petendas procurator datus,ſi vnam rem petat, exceptione non excluditur: [k] & rem in iudicium deducit.

D

OMnis qui defenditur.] CASVS. Hæc.l.cũ prin.l.ſeq.cõtinuatur. Et.h.d.vſq; ad fi.huius ti.ꝙ defenſor boni viri arbitratu debet defendere.vnde ſi aduerſariũ verbis detineat friuolis opponẽdo excep.vt negotiũ finẽ ſortiri nõ poſſit:non rectè defendet: vnde cõmittitur ſtipulatio de defendẽdo.[AD DVAS.]Titium procuratorẽ cõſtitui,vt à Seio peteret Stichũ & Damam . Titius agit nomine vnius tantũ: nunquid poterit repelli quòd agat cõtra formam mandati?& dicitur quòd non poterit. Viuia.

g *Omnis qui defenditur*.in actore & reo poteſt loqui.

h *Arbitratu*.i.iudicis boni:vt.j̃.de ver.obl.cõtinuus.§.cum ita. ſic &.j̃.de leg.iij.fideicõmiſſa. &.j̃.quib.ex cau.in poſ. ea. l. hoc autem.§.rectè.&.s̃.eo.non cogendum.§.Sabinus.

i ET ideo.*Deducatur*.Et ſic cõmittitur ſtipulatio quã fecit de defendẽdo:vt.s̃.e.l.ſeruũ.§.penul . Et no.fruſtrãtes puniri:vt hîc,&.j̃.qui.ex cau.ma. l.ſed & ad eos.&.j̃.de ap.reci.l. eius qui.

k *Excluditur*.ſcilicet ab ea quam petit, quaſi videatur aliter petere,quàm ſit ei mãdatum.Item nec ab illa : quia licet ſeparatim petere:vt hîc,& infra commo.l.in commodato.§.fina.

QVOD CVIVSCVMQVE VNIVERSITATIS nomine,vel contra eam agatur. [b]

a] Bal.hîc dicit iſtã glo. fore ſing. ad hoc quòd inopia hic habetur pro executione quando notoria eſt:hoc iuncto quòd tũc eſt notoria quando maior populi pars ſcit.

b] Vide qđ notat Inno. in.c.cum acceſſiſſent.extra de cõſti.

A

*Dictũ eſt.s̃.de procurat.generaliter:nũc ſpecialiter de eo qui nomine vniuerſitatis agit,ſiue conuenit,ſiue conuenitur:qui propriè actor vel ſyndicus dicitur:vt.j̃.eo.l.1.§.quibus. & ſupplè hîc de eo negocio quod cuiuſcunque vniuerſitatis &c.*

*Procuratori & defenſori ſimilis eſt actor municipij vel collegij vel cuiuſcumq; vniuer.qui & ſyndicus appellatur.nã & hic rem in iudiciũ deducit:& poſtulat pro vniuerſitate, qui tamen an vniuerſitatis nomine cõſtitui poſſet perinde ac ſingulorũ,ne dubitaretur prætor edixit & proconſul vel præſes exẽplo prætoris, Quod cuiuſcũque vniuerſita.nomi. vel cõtra eã agatur , daturũ ſe iudicium actori & in actorem vniuerſitatis.Cuia.*

QVOD CVIVSCVMque vniuerſitatis nomine, vel contra eam agatur. †

TITVLVS IIII.

Omne collegium eſt improbatum , niſi appareat ſpecialiter approbatum.h.d.

I. GAIVS *libro tertio ad Edictum prouinciale.*

NEque ſocietas, [l] * neque collegiũ , [m] neque huiuſmodi corpus [n] paſſim omnibus habere † cõceditur.nã & legibus,& ſenatuſcõſultis,& principalibus cõſtitutionibus ea res coërcetur. [o] * Paucis admodũ [p] in cauſis cõceſſa ſunt huiuſmodi corpora:vt ecce vectigaliũ [q] publicorum ſociis permiſſũ eſt corpus habere, † vel aurifodinarũ, vel argẽtifodinarũ, & ſalinarũ. Itẽ collegia Romæ certa ſunt, quorũ corpus ſenatuſconſultis atque conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt: veluti piſtorum, * & quorundã † aliorum, [r] & nauiculariorum, qui & in prouinciis ſunt.

Collegia licita poſſunt habere

*NEque ſocietatẽ.*] CASVS.Hæc lex dicit ꝙ nõ omnibus indiſtinctè permiſſũ eſt facere cõgregationẽ, vt ita conſtituãt inter ſe ſocietatem,vel faciãt collegiũ vel corpus. huiuſmodi enĩ corpora vel collegia prohibẽtur, ſi nõ à lege fuerint permiſſa. prẹſumitur enim ꝙ potius fiant propter malum,quàm propter bonũ.& hoc in prima. In ſecunda dicit ꝙ quãuis huiuſmodi corpora fieri prohibeãtur : tamen quibuſdã permiſſum eſt ea habere, vt cõductoribus vectigaliũ.Itẽ aurifodinẹ,& argentifodinæ, & ſimiles . Itẽ piſcatores & nauicularij.[QVIBVS.] Et ſtatim dicit:quidã ſunt quibꝰ permiſſũ eſt habere huiuſmodi corpora: quibuſdã nõ.hîc dicit ꝙ illi quibus ꝑmittitur,poſſũt ordinare in cauſa cõmuni ſyndicũ vel actorẽ,per quẽ res & negotia vniuerſitatis expediãtur:& poſſũt arcã cõmunẽ habere.& hoc eſt ĩ prima.In ſecũda dicit ꝙ ſi vniuerſitas cõuenta non defendatur,fiet miſſio in bonis illiꝰ collegij ex primo &ſecũdo decreto:ſi nõ ordinauit ſyndicũ vel actorẽ,& nõ potuit defendere defenſor ciuitatis:quia fortè impediatur,vel vilis ſit : perinde haberetur ac ſi nullus eſſet ſyndicus cõſtitutus vel actor.& hoc eſt in ſecũda. In tertia dicit ꝙ ſi actor vel ſyndicus præſens non fuerit, & aliquis obtulerit ſe defenſioni illius:nunquid valet defenſio? Dicitur ꝙ ſic: & poteſt ille vniuerſitatem defendere. Viuianus.

l *Neque ſocietatem*.puta negotiatorũ vel profeſſorũ qui non ſimul cohabitant:vt C.de iuriſdi.om.iudi.l.fi . & hoc etiã patet ex definitione ſocietatis:quam dic vt inſti.de ſocie.in prin.

m *Collegium*.cum ſimul cohabitant : quod ſic dictum eſt, quia ſimul colliguntur.

n *Corpus*.cum ſimul cohabitãt,vel nõ:vt.j̃.ponentur exempla.

E

o *Coërcetur* . quandoq; pœna exilij: vt C.de monopo.& cõ.l.j. quandoq; vltimi ſupplicij:vt C.de his qui ad Eccle.confu. l . denunciamus.vt.j̃.de col.illi.l.j.in prin.&.l.ij.&.iij.in prin.&.j̃.ad le.Iuliam ma.l.j.& C.de ſeditio.l.j.&.ij.& ad hoc infra ad le.Iuliam de vi pub.l.iij. in prin. &. §. eadem. & ſuper his cognoſcit præfectus vrb.vt ſupra de offi.præfec.vr.l.j.in fi.

p *Admodum*.id eſt valde.

q *Vectigalium*. faciũt enim q̃nq; ſocietatẽ vt publica vectigalia cõducant.& trãſit etiã ad heredes hæc ſocietas: vt.j̃.pro ſocio.l. adeo.in prin.Itẽ vt ſimul fodiãt aurũ & argentũ:vt ſubiicit.Acc.

r *Aliorum*. quæ multa ſunt, vt enumerantur infra de iure immu.l.fin.Item &congregatio cuiuſcunque ciuitatis vel villẹ vel caſtri:vt inſti.de re.di.§.ſingulorũ.vnde relinqui eis poteſt:vt.j̃. ad Trebel.l.omnibus.& de lega.j.l.ſi heres iuſſus.§.vicis.Itẽ cõgregatio decurionum:& C.de nat.lib.l.ſi quis.&.l.quoniam.Itẽ quælibet congregatio pro iuſtitia conſeruanda : vt ſcholarium Thuſcorum,vel vniuerſitatis totius:vt C.de iuriſdict.omn. iu.l. fi.cum

† Id eſt, de actoribus ſeu ſyndicis vniuerſitatũ,qui vice procuratorũ funguntur.l. 6.j̃.eod.

* ſocietatẽ.

† Videtur legendum haberi , vt cõſtet ratio latinitatis.

* l.j. C. de monopo.l.1. 2.& 3.de col. illic.

† Vide Innoc.in ca. ea noſcitur.de his quẹ fi.à præla.ſine con.cap.

* μαγκύπων. habent libri βασιλικ.vt & alio loco ἀρτοποιῶν.

† Quidam diuinabat legendum codicariorũ. ſed fides Florentina & Græcorum librorum repugnat.

Collegium vnde dicitur.

UNED

ſi.cũ enim definitioni iuſtitiæ, iuriſque præcepto ſeruiat, debet valere: vt inſti.de iuſti.& iur.in prin.&. §. iuris præcepta. qđ dic vt not. C.de iuriſdi.omnium iud.l.ſi.Item cauſa religionis: vt.ꝟ. de colleg. illi. l. j.§.ſed religionis.vnde poteſt tali collegio legari: vt C.de ſac.ſan.eccle.l.j.aliàs autem relinqui aliquid non poſſet: vt .C.de here. inſti. l.collegiũ. Et quia certa collegia permittuntur, vt dictũ eſt: patet regulariter ea prohibita: vt hic,&.ꝟ. de colle. illi.l. iij. §. in ſumma. ſed an ſocietas quinq; vel ſex ſcholarium in vno hoſpitio faciat ſyndicũ vel actorem? videtur quòd ſic, ſi tamen cauſa ſit ſocietatis, cum licita ſit ſocietas: vt patet ex definitione ſocietatis.

bona, & agere & conuenire per ſuos ſyndicos & actores. Bald.

Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegij, ſocietatis, ſiue cuiuſq; alterius, a eorum nomine propriũ eſt ad exemplũ b reipublicæ habere res cõmunes, arcam cõmunem, & actorem ſiue ſyndicum: c per quẽ tanquã in republica quòd communiter agi d fierique e oporteat, agatur fiat.

Si vniuerſitas non defendatur, cõtra eam ad primum & ſecundũ decretum proceditur. Barto.

Quòd ſi nemo eos defendat: quod eorũ cõmune erit, poſſideri: f & ſi admoniti g nõ excitẽtur ad ſui defenſionẽ, venire ſe iuſſurum h procõſul i ait. Et quidẽ nõ eſſe actorẽ vel ſyndicũ tũc quoq; intellegimus, cũ is abſit, aut valetudine † impediatur, aut inhabilis k ſit ad agendũ. Et ſi extraneus defendere velit vniuerſitẽ, permittit procõſul: ſicut in priuatorum l defenſionibus obſeruatur: quia eo modo melior conditio vniuerſitatis fit.

Actor vniuerſitatis non dicitur

a *Alterius*. quæ diximus, vt piſtorum, & ſimilium.

b *Ad exemplum*. not. quòd ius quod ſeruatur in republica, ſeruatur & in priuata: vt hîc &.ꝟ.de peti.here. item veniunt. §. in priuatorum quoque. & C. de peti.he.l.j.Accur.

† Bal.hîc reputat iſtum tex.ſing.ad hoc quòd procuratoris infirmitas nõ impedit quò minus fiat miſſio in poſeſſionem contra eius dominũ. Bolo.

c *Syndicum*. Differunt hæc tria ſyndic⁹, œconomus, & actor. nam œconomus tantùm ab epiſcopo conſtituitur, & in rebus Eccleſiaſticis: vt C.de ſa.ſan.eccl. l.iubemus.ij.in prin.& de epi.& cle.l. omnes qui.§.& hoc nihilominus.at ſyndicus pro qualibet vniuerſitate: vt hîc.& pro pluribus tãtum: vt patet ex interpretatione nominis, cui deſeruire debemus: vt C.de epiſ.& cle.l.decernimus.& de defen.ciuit.l. defenſores.ij.ibi, nominis ſui tantùm officio fungantur. & in fi.ibi, vt id tantùm &c.& in glo.fi.nam dicitur ſyndicus quaſi ſingulorũ cauſas dicens: licèt lex videatur ſyndicum ſimpliciter defenſorẽ appellare: vt infra de mu.& ho.l.munerum.§.defenſores.ſed dic defenſorem, ſcilicet vniuerſitatis alicuius. actor autẽ dicitur in vna cauſa tantùm: licèt ſyndicus ad omnes: vt.ꝟ.e.l. item. §.ſed ſi ita.verſicu.ſed hodie.& infra de mu.& ho.l.fi.§.defenſores.Item actor etiam ab vno conſtituitur quandoque: vt inſtitu.de curat. in fi.& quandoque ab vniuerſitate: vt hîc.

d *Agi*. ſcilicet in iudiciis.

e *Fieri*. ſcilicet extra iudicia.

f *Poſſideri*. ſcilicet ex primo decreto.

g *Admoniti*. ipſa ergo vniuerſitas debet admoneri vt veniat ad ſui defenſionem.

h *Se iuſſurum*. ex ſecundo decreto.

i *Proconſul*. i. prætor faciet vendi bona communia illius vniuerſitatis quaſi ex ſecundo decreto: vt hîc, & C.de bo.aut.iu.poſſi.l. cum proponas.& infra ex quib.cau.ma.l.item ait prætor.§. hæc autẽ.&.l.ergo.& infra quib.ex cau.in poſſ.ea.l.Fulcinius.§.j.Sed cum pupillus non patiatur venditionem, licèt poſſeſſionem patiatur: vt infra qui.ex cau.in poſ.ea.l.apud Iulianum. in princ.& §.j.&.§.fin.& vniuerſitas ſimilis ſit pupillo: ergo nec vniuerſitas debet pati venditionem. Reſpon. in hoc nõ eſt ſimilis. Sed quid ſi nihil habent cõmune, quid faciet creditor? Reſpon. cõpellentur facere collectam, vt aliquid habeant commune. nam qui poteſt facere vt poſſit &c. vt infra de reg.iur.l.qui poteſt.

k *Aut inhabilis*. not. quòd nihil refert vtrum aliquid nõ fiat, an eo modo fiat quo non debuit: vt hîc, & infra de fideiuſſ.l. iij. & ſupra qui ſatiſd.cog.l.quotiens: & infra de re iudica.l.iiij.§.condemnatum.& infra de mu.& ho.l.vt gradatim.§.ſed & ſi. & inſti.de leg.ag.tu.§.quod autem.& C.de cura.fur.l. fi. §. ſinautem. &.ꝟ.qui.ex cau.in poſ.ea.l.hoc autem.§.j.in fi.

l *Sicut in priuatorum*. ſed in priuatis permittitur cum ſatiſdatione: vt hîc, & ſupra tit.j.ſi minor.§.fin.ergo & hîc debet ſatiſdare: vt hîc, & infra eo.l.item.§.actor. & facit ad hũc.§.ſupra tit.j.ſer. ff. Vetus.

uum.§.publicè.& infra tit.j.l.ſoluendo.

A *Si municipes*.] CASVS. Aliqua vniuerſitas conſtituit te actorem in cauſa aliqua. ſi ille quem conuenis, vel conuenire volebas nomine totius vniuerſitatis, vult te reconuenire: an omnes defendere tenearis, quæritur. & dicitur quòd non: ſed ipſam ciuitatẽ potes defendere: quia ſingulorum actor cõſtitutus non es, ſed vniuerſitatis. Viui.

actor ſingulorum. h.d.

II. VLPIANVS *libro octauo ad Edictum*.

SI municipes, vel aliqua vniuerſitas ad agendum det actorẽ: non erit dicendum quaſi à pluribus datũ ſic haberi. m Hic enim pro republica vel vniuerſitate interuenit: non pro ſingulis.

Sine mãdato legis vel vniuerſitatis nemo poteſt experiri pro ipſa vniuerſitate. & dicitur habere mandatũ ab ipſa vniuerſitate ille qui habet mandatũ à maiori parte vniuerſitatis cõgregatæ: in qua cõgregatione requiruntur ad minus duæ partes omniũ habentiũ vocẽ: & in iſtis duabus partibus cõnumeratur etiam ille qui eligitur: & vox patris prodeſt filio: & ecõtra. Itẽ vox fratris prodeſt fratri: niſi ſtatutum vel conſuetudo interdicat. h.d. Bald. vſque ad.§.ſi decuriones. in.l.item eorum.

III. IDEM *libro nono ad Edictum*.

NVlli † permittetur nomine ciuitatis vel curiæ n experiri, niſi ei cui lex o permittet

m *Haberi*. ſcilicet vt ſingulos defendere cõpellatur. quare nõ pro ſingulis, ſed pro vniuerſitate cauebit: vt ꝟ.eod.l.ſicut.§.ſi quid. & eſt hîc ar. ꝙ in cauſa vniuerſitatis quilibet de vniuerſitate poſſit ferre teſtimonium. nõ enim dicitur vniuerſitatẽ teſtificari, ſed ſingulos. Similiter eſt argu. quòd vaſallus vniuerſitatis non ſit ſingulorum.& pro his eſt.ꝟ. de re.di.l.intantum. §. j.&.ꝟ.de in ius voc.ſed ſi hac.§. qui manumittitur.

NVlli.] CASVS. in hac.l.cum ſeq. vſque ad legem ciuitates. talis eſt: Vniuerſitas poteſt habere actorẽ.ſed qualiter ordinãdus ſit, quæritur. & reſpõ. quod ſi à lege fuerit cõſtitutus, nomine vniuerſitatis poterit experiri. ſi non à lege, ſed à ſeipſis: ſi duę partes vniuerſitatis præſentes fuerũt, & eũ ordinauerũt, tenet ordinatio: & ad hoc vt teneat, neceſſaria eſt præſentia duarum partium. Sed nunquid ille qui ordinatur, connumerabitur maiori? & reſpõ. quòd ſic. Item ſi pater meus & ego ſumus de aliqua vniuerſitate, & tractetur de aliquo actore ordinando, ſimiliter ſuffragium patris, hoc eſt decretum, id eſt ſcriptura aliqua & conſenſus patris mei poterit mihi valere, & econuerſo: item conſenſus eorum qui ſunt in eadem poteſtate, adinuicem. Idem eſt ſi de aliquo honore cõferẽdo vel petendo publicè tractatur: quia ſupradictorum ſuffragiũ alij proderit adinuicem. [SI DECVRIONES.] Pone: Monachi alicuius Eccleſiæ volebant ſibi creare abbatem. vnde elegerunt tres monachos qui eligere deberẽt: & ſtatim vt ille eſſet abbas, quem illi tres eligerent: erit actor vel abbas. Si verò vel maior pars ordinauit, vt ſi aliquam cauſam euenire contigerit, Titius exerceret: nunquid videtur rectè ordinatus? & dicitur ꝙ non. Si actor poſtea prohibitus eſt agere, perinde eſt ac ſi ordinatus non fuiſſet. [ACTOR.] Iſte.§.v.habet dicta. Primum eſt ꝙ actor nomine vniuerſitatis tenetur vniuerſitatẽ defendere ſi reconueniatur. Secundum eſt ꝙ actor nõ debet cauere de rato. Tertiũ eſt ꝙ cauet de rato ſi dubitetur fuerit actor necne. Quartum eſt ꝙ agat actor & defendat ac ſi eſſet procur. veruntamen ſi ex parte rei interueniat, & fuerit condemnatus, in bonis ipſius non mandabitur executio. Item ſi eo agente condemnatur aduerſarius, non dabitur ei actori actio iudicati: niſi fuerit conſtitutus procu.in rem ſuam. Idem iſti actori conſtitui poteſt. [EX IISDEM.] Sicut procu.remoueri poteſt, ita & actor ex iiſdem cauſis. Item ſicut procurator ſi vniuerſitas agere velit, ordinare poterit actorem: ita poterit quis contra vniuerſitatem ordinare. Vel aliter dic hunc caſum. Siue vniuerſitas agat, ſiue aduerſus eam agatur: poterit ordinare ſyndicum vel actorem. [IN DECVRIONIBVS.] Omnes monachi ſancti Proculi receſſerunt ſucceſſiuè: ita quòd nullus eſt hodie eorum qui fuerunt à centum annis retro: nunquid durat vniuerſitas? & reſpon. quòd ſic. Si verò vnus ſolus tantùm remanſit, adhuc durat vniuerſitas. Viuianus.

† Concor. glo. ſup verbo, nõ inueniturin ca. 2. extra de transla.epi.

n *Curiæ*. decurionum. Azo.

o *Lex*. id eſt conſuetudo. verbi gratia eſt fortè conſuetudo vt agat antiquior: vt ar. infra de fide inſtru.l.fina. eſt enim cõſuetu-

Conſuetudo dat iuriſdictionem.

do altera lex:vt ſupra de leg.& ſenatuſcon.l.imò.Nam & dat iuriſdictionem:vt.C.de eman.li.l.j.& fi.Vel dic lex permittit poteſtati totius ciuitatis, cum non eſt qui experiatur nomine collegij alicuius quod eſt in ciuitate:vt arg.C.de epi. & cle.l. nulli. §. ſin autem perſonam.& infra eo.ciuitates.

a *Ordo.* ſcilicet decurionum.erat enim quidā ordo in ciuitatibus prouidens ciuitati : vt eſt concilium,& hic habebat multa priuilegia : vt infra de verbo. ſigni. l. pupillus. §. decuriones.

b *Dedit.* auctoritate ſuperioris:vt.C. de ſer. reipub.l.j.& de decu.l. ij.ſed ar.cōtra.ff. de tu. & cu.da.ab his.l. vbi.

† Suffragiū, qđ nō in tabella ſolùm ex ſcripto ferebatur (vt credidit Accurſius)ſed etiā voce,qđ erat innocētius ac magnificentius. Bud.in poſter.annot.

c *Duæ partes.* duæ nāque partes ordinis in vrbe poſitæ totius curiæ inſtar exhibent : vt C. de decu. l. nominationum.li.x.ſecundum Azo.& not. quòd non exigitur vt duæ partes cōſentiant in decurionem: ſed vt duæ partes affuerint:vt hîc. ſed an conſentientes debeant eſſe tot, ſcilicet vt ſit maior pars totius ordinis : an ſufficiat quòd maior pars conſentiat præſentium ? quod eſt verius:ar.ff.de tu.&cu. da.ab his.l. vbi abſunt. ſecundum Azo. & ad idem poteſt induci infra de re. iur. l. aliud.§. refertur.&.C.de præd. decurio.l.ij. ibi, totius vel maioris. & infra ad munic. l. quod maior. ſed certè iſtæ nō aperiunt:ſed ſolùm dicunt quòd maior pars:ſed hæc poteſt eſſe ratio,quòd ſufficit maiors pars præſentium: quia aliàs nil prodeſſet huius legis dictum . nam & ſi omnes adeſſent, vinceret tamē maior pars:arg.ff.de iniur.ſed ſi vnius.§. filio. licèt ſit arg.cōtra.ff.de arbi.item ſi.§.ſi. ſed hoc non conſideratur hîc. Item alia ratione, quia quaſi vnū corpus eſt ſiue ſint omnes ſiue quidā:dummodo duæ partes.vnde quod maior pars huius corporis pręſentis facit,valet:vt arg.ff.de iudi.l. proponebatur. &.ff. de regu.iur.l.aliud.§.refertur.

A

tit:aut lege ceſſante ordo [a] dedit, [b] cum duæ partes [c] adeſſent, aut amplius quàm duæ.

IIII. PAVLVS *libro nono ad Edictum.*

PLanè vt duæ partes decurionum adfuerint: [d] is quoque quē decernēt, numerari poteſt. [e]

V. VLPIANVS *libro octauo ad Edictum.*

ILlud notandum Pomponius ait,quòd & patris ſuffragiū [f] † filio proderit,& filij patri.

B

VI. PAVLVS *libro nono ad Edictum.*

ITem eorum,qui in eiuſdē poteſtate [g] ſunt. quaſi decurio enim hoc dedit, non quaſi [h] domeſtica perſona.quod & in honorum petitione [i] erit ſeruandum: niſi lex municipij vel perpetua [k] conſuetudo prohibeat.

C

Decuriones poſſunt eligere, & aliis electionem committere.h.d. vel aliter : quod fit ab his qui habent auctoritatem à concilio, videtur fieri à concilio.h.d.

Si decuriones decreuerūt actionem per eum mouendam , quem duumuiri [l] elegerint, is videtur ab ordine electus:& ideo experiri poteſt. Parui enim refert, ipſe ordo elegerit, an is cui ordo negotium dedit. [m]

Secundum lect.quā teneo. h. d. Quod fit præter formā commiſſionis,ipſo iure nō valet. vel aliter ſecundum aliam opinionem : Si actor cōſtituatur ad lites futuras, ipſo iure non valet.h.d.Bart.

Sed ſi ita †decreuerint, [n] vt quæcunque incidiſſet [o] controuerſia, eius petendæ negotium [p] Titius haberet : ipſo iure id decretum [q] nullius momenti eſſe : quia non poſſit videri, de ea re quæ adhuc in controuerſia nō ſit,decreto datam perſecutionem . [r] Sed hodie hęc omnia [ſ] per ſyndicos [t] ſolēt ſecundum locorum conſuetudinem explicari.

Non ſufficit actorē datum eſſe, ſi poſtea fuerit reuocatus.

Quid ſi actor datus , poſtea decreto decurionum prohibitus ſit? an exceptio ei noceat? Et puto ſic hoc accipiendum , vt ei permiſſa videatur, cui & permiſſa durat. [u]

Actor vniuerſitatis debet defendere : & de rato cauere ſi dubitatur de mandato.Bart.

Actor vniuerſitatis ſi agat , compellitur etiam defendere : [x] non autem compellitur cauere

i *Petitione.*vt ſi quis publicè petierit honorem,patris ſuffragium ei prodeſt:priuatè verò nō debet peti : quia incidit quis in legem Iuliam ambitus,vel ſimoniam:vt.ff.ad.l.Iul. ambi.l.j. & infra de polli.l.j.§.ſi quis.nam & aliàs dicitur : Qui epiſcopatum deſiderat,bonum opus deſiderat:vt.viij.q.j.c.qui epiſcopatum.

k *Vel perpetua.* vel propriè. & ſic not. hîc conſuetudinem etiam ſpecialē vincere legem in eo loco in quo eſt: vt hîc,& infra communia præ.l. venditor . §. ſi conſtat. & infra de iure immu. l.ſemper.§.legem quoque, &c. & infra de ſepul. vio. l. iij. §. diuus. ſicut generalis generaliter : vt ſupra de le. & ſenatuſcō.l.de quibus. in fi.

Conſuetudo etiā ſpecialis quandoque vincit legē.

† Hic tex.eſt ſing. ad hoc quod actor cōſtitutus ad lites ſimpliciter, intelligitur ad pſentes,non futuras, de quo hic in nouis interpreta.Bolo.

l *Duumuiri.*hi minorem gerebāt honorem quàm decuriones : & fortè erant municipales magiſtratus : vt. C. de iudi. l. fin. vel fortè maiorem.

m *Negotium dedit.* id eſt poteſtatem eligendi.& ſic no. quod quis per alium facit, ipſe facere videtur : vt hîc, & ff. de admi. tu. ita autē §. geſſiſſe. &. C. vbi & apud quem.l.ſi.§.ſi.

n *Sed ſi ita decreuerint.* ſ.ipſi decuriones. vel ſi nullum ius ſpeciale in hoc aliud quàm in procuratore decreuerint, ſcilicet illi duūuiri de quibus proximè dixerat,& aliter quàm eſſet eis iniunctum.

d P *Lane. Adfuerint.*id eſt verè adfuiſſe dicantur.

e *Poteſt.*inter duas partes. ſi tamen ipſe ſit de decurionibus: aliàs non,quandoque enim ex aliis poteſt eligi ita demum ſi non ſit inter eos aliquis idoneus:vt.C.de epi.& cle.l.in Eccleſiis.& de of.præt.l.ſi.&.ff.de mu.& ho.gradatim.§.& ſi lege. &.ff. de tu.& cu.da.ab his.l.diuus.& arg.C. de epi.au.l.decernimus. ibi, vel eo ceſſante.Item eſt hîc arg.quòd ſi electio eſt cōmiſſa tribus, quòd vnū ex ſe poſſunt eligere:vt arg.extra de elect.& elect.po.cum in iure peritus.ſed quid ſi vni fuerit cōmiſſa,& ipſe ſe eligat?Reſpō. de ſe non videtur cogitatū: vt.ſ. de tranſac.l.qui cum tutoribus. Item ingerit operas ſuas:vt.ſ.tit.j.l.quę omnia.Item in cauſa ſua iudicat,quibus rationibus videtur quòd nō valeat:vt. C. ne quis in ſua cauſa.iu.l. vna.Item eſt arg.cōtra.huic.l.ff.de ſer.ruſti.præ. l.vnus.§.j.& infra de aucto.tu.l.quod dicimus.§.fin.& inſtitu.de teſta.§.ſed neque heres ſcriptus.

Suffragium quid ſit.

f I *Llud notandum. Suffragium.* Suffragium dicitur illa ſcriptura quam quis facit cum de aliquo eligēdo cōſentit. ſic ponitur ff.de le.& ſenatuſcon.de quibus.& intellige hoc quando ille qui vult prodeſſe,eſt de ordine decurionū: vt.ſ.l. proxi. diximus.ratio autem huius legis eſt,quia quod ad ius publicum attinet, patria poteſtas non curatur:vt.ff.ad Trebel.l.nā quod.&.ff.de iudi. l.in priuatis.Sed eſt arg.contra.ſ.de iuriſdi.om.iudi.l.qui iuriſdictioni.&.C.de teſti.parentes.

g I *Tē eorū.Poteſtate.*i.dicere,ſuffragiū fratris proderit fratri.Ac.

h *Non quaſi.*arg.de tanquam:vt.ff. quod iuſſu.l.j. §.j. & dixi.ſ. de adoptio.ſi paterfa.§.qui duos.in glo.j.

o *Incidiſſet.*etiam in futurum.

p *Negotium.*id eſt neceſſitatem & ad agendum, & ad ſuſcipiendum,& ad excipiendum.

D

q *Decretum.* ſcilicet in quo ſi conſtituitur actor, non valet, vt ſubiicit,ad lites futuras. & ſic patet quòd in hoc differt mandatū iſtud de eligendo actorem,à mandato priuatorum: quia illud de lite futura fieri poteſt:vt ſupra tit.j.l.iij.quæ eſt contra : iſtud nō, vt hîc.& hæc eſt ratio: quia cum hîc decretum ſit ſententia : ſententia autem non teneat niſi ſuper re certa:vt inſti.de act.§. curare.&.ff.de iudi.l.non quemadmodū.&.ff. de vſur.l.j.§.j.ſequitur tale mandatum de futura lite, vtpote incertum , non valere. Vel dic non referre:quia non ipſi decuriones decreuerūt,ſed quidam quibus pro præſente lite commiſerant electionem actoris . & ſic aliud fecerunt quàm quod eis mandatum eſt.Accur.

r *Perſecutionem.*ſcilicet de iure.

ſ *Hæc omnia.*id eſt,lites quandocunque emergentes etiam in futurum.nec enim ad vnam cauſam tantùm eliguntur: vt diximus ſupra eo.l.j.§.quibus.

E

t *Per ſyndicos.*id eſt defenſores:vt infra de mu.& ho.l.munerum. §.defenſores.

u *Durat.*nō videtur factum niſi duret:vt hîc, & infra de in rem ver.l. ſi pro patre. §. verſum. Item hoc intellige lite non conteſt. quid ſi poſtea?Reſpon.idem quod in procuratore dixi.ſ. de procura.l.quæ omnia.arg.infra.§.proxi.

Factū quid non videtur niſi duret.

x *Defendere.*ſcilicet vniuerſitatem,nō ſingulos:vt.ſ.eo. ſi municipes.ſecus autem eſt in eo qui populari actione agit : quia quaſi ſuo nomine agit:vt ſupra de procura.l.mutus.§. in popularibus. quæ eſt cōtra.Sed an epiſcopo liceat conſtituere actorem ? & videtur quòd non:quia ipſe nec vniuerſitas, nec corpus,nec collegium eſt.Io.tamē dicit quòd ſic,cum decreto ſuperioris tamen, ad inſtar tutoris:vt.ff.de admi.tu.l.decreto. Itē quis de calumnia iurat?Reſpon.actor vel ſyndicus,ſecundum Ioan. vt. C. de iura. calum.l.ij.§.quod obſeruari.licèt Aldricus cōtradixerit. nam per hos vniuerſitas iurare videtur:vt.ff.de cōdi.& demon. l. municipibus.& ſi vnus ſit conſul,ſufficit eum iurare de calumnia.

Epiſcopus an poſſit cōſtituere actorem.

*De rato.*

a *De rato.* ſcilicet cum certum eſt eum eſſe actorem generaliter conſtitutum: licèt ad hanc rem ſpeciale non habeat mandatum. A Sed an iudicatum ſolui debeat ſatiſdare? Videtur quòd ſic: quia vice procuratoris eſt: vt ſtatim ſubiicit: procurator autem etiam verus ſatiſdat: vt. C. de ſatiſda. l. j. Sed dic contra: quia non eſt per omnia ſicut procurator. nã procurator ſine iudice conſtituitur, actor vel œconomus non: vt inſtit. de cur. §. fin. &. C. de epiſ. & cle. l. omnes qui. §. hoc nihilominus. cũ ergo hic ſicut & tutor publica auctoritate experitur, dicẽdum eſt neutrum ad hoc cogi: vt argu. C. de admi. tu. l. tutores debita. & l. fi. §. defenſionẽ. & infra rem ra. habe. l. actor. & hac etiam ratione de calũnia iurat hîc actor: vt modò dixi.

b *Dubitetur.* idem eſt in tutore: vt infra de admi. tuto. vulgo. ſed illud poteſt ſic intelligi, vt tutor debeat ſatiſdare de rato ſub hac exceptione, ſi apparuerit eum nõ eſſe tutorẽ. ad hoc refertur quod ibi dicitur, æquum eſt aduerſarium non decipi: & hoc dic vt infra rem ra. ha. l. actor.

c *Fungitur.* in hoc ꝙ neuter ante lit. conte. dat procuratorem, ſicut nec tuto. & quia ſic ſatiſdat de defendendo, & etiam de rato, vt procurator: non tamen ſimiles ſunt in ſacramento calumnię, vt modo diximus. item cum conſtet de decreto: licet non habet mandatum ſpeciale ad hanc rem, nõ cauet de rato: ſed de defendendo: vt. j̃. rem ra. hab. l. actor. ſed in procuratore ſecus quandoque: vt dixi ſupra tit. j. l. Pomponius. in prin.

d *Non datur.* nec in eum: ſicut nec in procuratorem: vt ſupra. tit. j. Plautius.

e *In rem ſuam.* vt. d. l. Plautius. & l. ſi procurator.

f *Conſtitui.* vt. j̃. de conſti. pecu. l. eum qui. §. item tutori.

g *Procuratoris.* quæ cauſæ ſunt ſcilicet tam ante lit. conte. quàm poſt litem: vt. s̃. tit. j. l. filius. §. fi. & legibus ſe. & l. ante lit. conteſt. & l. poſt litem. & legibus ſeq. vſque ad. l. quæ omnia.

h *Dari poteſt.* vt procurator: vt. s̃. tit. j. l. filiusfa. §. ipſe quoque. & decurio etiã fieri poteſt: vt. C. de decu. l. filios in poteſtate. lib. x.

i S *Icut. Dedit.* in edicto quod non habemus.

k *Edicendum.* id eſt edictum proponendum, quo edicto detur actio contra eos.

l *Publicum.* impropriè ponitur: vt. j̃. de verbo. ſignifi. l. eum qui vectigal. & j̃. qui. ex cau. ma. ſed & ſi per prætorem. §. ſi.

m *Actionem.* l. neg. geſt. ſi ſine mandato fecit: vt. s̃. e. l. j. in fi. ſi autem cũ mandato, habet mãdati: niſi ſalariũ fuerit ei pro hoc conſtitutũ: vt. j̃. mãda. l. ideq;. §. idẽ Labeo. verſic. ſed & ſi ad vecturas.

n *Non debetur.* ſed quid ſi diſſoluatur vniuerſitas illa: nunquid quilibet de vniuerſitate poterit petere partem ſuam vt proprium & priuatũ debitum? nam & hoc vides in illicitis collegiis: vt. j̃. de colle. illi. l. iij. hîc ergo videtur multo magis. Sed quid ſi vniuerſitas aliqua habeat nemus commune: & quis eorũ ſit aliàs nõ ſoluendo: nunquid creditores erunt mittendi in poſſeſſionem partis nemoris quæ quaſi videtur ad eũ ſpectare? non puto: quia nec nemus illud nec pars eius alicuius intelligitur: vt. j̃. de re. di. l. in tantũ. §. j. Itẽ quid ſi quilibet de vniuerſitate tibi intulit iniuriam, nunquid vniuerſitas dicetur hoc feciſſe, & poterit à te cõueniri? Videtur quòd non: quia non vt vniuerſitas, ſcilicet concilio habito, & campana ſonata, vel aliàs eis conuocatis feciſſet: ſed quilibet ſuo motu. Econtra quòd ſic: quia vniuerſitas nil aliud eſt niſi ſinguli homines qui ibi ſunt: quod facit ad vſum nemoris habitum per beſtias hominum villæ.

o *Immutati ſint.* vt infra de iudi. proponebatur.

p *Nomen vniuerſitatis.* ſic extat rei memoria, nec tamen res: vt eſt arg. j̃. de le. j. ſi grege. §. j. licèt ergo vnus non ſit vniuerſitas, nec vniuerſi nec vniuerſus: retinetur tamen per eũ ius vniuerſitatis: licèt per vnum ab initio cõſtitui nõ poſſit vniuerſitas, ſed per tres: vt. j̃. de verb. ſig. l. Neratius. Nomen verò ideo dicitur retineri, quia adhuc dicetur ſchola ſancti Ambroſij ſuperſtite vno ſolo. Sed nunquid ſyndicũ hîc poterit vnus cõſtituere, cũ ſyndicus plurium cauſam dicat? Vel quid ſi duo ſunt? videtur quòd ſic, vt hîc. Itẽ quid ſi nullus omnino remanſit? Rñ. Io. ſolutũ eſſe collegiũ: & res in nullius bonis ſunt, ſicut & hereditariæ: ſed tamen ſi poſtea auctoritate domini papæ, vel eius ad quẽ ſpectat cura eiuſdẽ collegij, inſtituatur aliquis in eodem collegio, iuris artificio fingitur iſtius fuiſſe: vt. s̃. de re. di. l. j. §. id verò. & j̃. de reg. iur. omnia fere. & l. omnis hereditas. licèt quidã archiepiſcopus Moyſes ipſos parietes poſſidere dixerit etiam durante collegio: quod duriſſimũ eſt dicere, & contra legem videtur: vt infra ſi quis in te. li. eſſe iuſſ. l. j. §. Scæuola. Verũ tamen id eſſe videtur, vt nullo modo dicantur eſſe vllius. ſ. ab eo tempore quo ſolutum eſt collegium: ſed ipſo D iure ſint fiſco vel papę queſita: vt. j̃. de pu. & vect. l. cõmiſſa. & de iure fiſ. l. j. §. an bona. & l. imperatores. & hoc quãtùm ad dominium: ſecus quantũ ad poſſeſſionem: vt. j̃. de adqui. poſ. l. cum heres. poſſet tamen pro Moyſe allegari quòd plerũque dicitur Eccleſia ipſe locus parietibus circundatus, & etiam conſecratus: & aliàs dicitur Eccleſia ius habere, & poſſidere, & vindicare: vt. C. de ſacroſan. Eccle. l. iubemus. §. ſciẽtes. & §. ſanè. verſicu. ſi quãdo igitur. Vnde videtur quòd talis locus ſiue parietes poſſideant etiã durante collegio: & vindicent per prælatos tãquam quilibet priuatus per procuratorem vel colonum.

hoc pulchrè explicatur in l. proponebatur. j̃. de iudic.

† Facit ad hoc glo. ſuper verb. pauciores. in ca. 2. extra de poſtu. p̃la. quæ glo. ad hoc alleg. hanc. l.

* An ciuitates. Flo. ſed obeliſco prę fixo.

de ratò. [a] Sed interdum ſi de decreto dubitetur, [b] puto interponendam & de rato cautionem. Actor itaque iſte procuratoris partibus fungitur: [c] & iudicati actio ei ex edicto non datur, [d] niſi in rem ſuam [e] datus ſit: & cõſtitui [f] ei poteſt. Ex iiſdẽ cauſis mutandi actoris poteſtas erit, ex quibus etiã procuratoris. [g] Actor etiã B filiusfamilias dari poteſt. [h]

Sicut vniuerſitas poteſt agere: ita poteſt conueniri.

VII. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

SIcut municipum nomine actionem prætor dedit, [i] ita & aduerſus eos iuſtiſſimè edicendum [k] putauit. Sed & legato qui in negotium publicum [l] ſumptũ fecit, puto dandam actionẽ [m] in municipes. Si quid vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur: [n] C nec quod debet vniuerſitas, ſinguli debent.

Licèt perſonæ mutetur, vniuerſitas tamen eadem remanet. item ſi vnus ſolus remanet: ius & nomẽ vniuerſitatis conſeruatur in illo, hoc dicit.

In decurionib⁹ vel aliis vniuerſitatibus nihil refert vtrũ omnes idem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati [o] ſint. Sed ſi vniuerſitas ad vnum redit: magis admittitur poſſe eum conuenire, & conueniri: cum ius omnium in vnum reciderit, † & ſtet nomen vniuerſitatis. [p]

Si non reperiuntur res mobiles & immobiles: peruenitur ad nomina debitorum. Bart.

VIII. IAVOLENVS *libro quintodecimo ex Caſſio.*

CIuitates * ſi per eos qui res earum adminiſtrant, non defenduntur, nec quicquam eſt corporale reipublicæ quod poſſideatur: per actiones debitorum ciuitatis, agẽtibus ſatisfieri oportet. [q]

Cõtra ciuitatem vel municipiũ poteſt agi diuiſorio iudicio. Bal.

IX. POMPONIVS *libro tertiodecimo ad Sabinum.*

SI tibi cum municipibus hereditas communis erit: familiæ erciſcundæ iudiciũ inter vos redditur. Idẽmque dicendum eſt in finium regũdorum, & aquæ pluuiæ arcendæ iudicio. [r]

X. PAVLVS *libro primo Manualium.*

COnſtitui poteſt actor etiam ad operis noui nũciationem, & ad ſtipulationes interponẽdas: veluti legatorum, damni infecti,

C *Iuitates.*] CASVS. Vniuerſitas ſancti Proculi debuit mihi x. volui eam cõuenire: nullus extat defenſor: nec aliqua habet vnde mihi in poſ. miſſio fieri poteſt. dicitur quòd ſi vniuerſitas habet nomina, quòd in poſ. nominũ illorũ fiet miſſio. Viuia.

q *Oportet.* ſic eſt & in priuatis debitoribus: vt infra de re iudi. l. à diuo. §. in venditione.

E S *I tibi.*] CASVS. Habebam hereditatem communem cum aliquibus municipibus, vel cum aliqua ciuitate: quia ego & vniuerſitas inſtituti fuimus. poteſt celebrari inter nos iudicium fami. erciſ.

r *Iudicio.* ſi in loco municipij opus fiat ex quo timeatur ne aqua pluuialis noceat: aliter dicitur de loco publico: vt. j̃. de aqua pluuia. arcen. l. ſi in publico. de his autem gratia exempli poſuit: quia magis dubitabatur: idem tamen in omnibus aliis caſibus.

C *Onſtitui.*] CASVS. Vicinus alicuius vniuerſitatis ædificauit: ex quo ædificio timebatur damnum illi vniuerſitati. poteſt ordinari actor ad noui operis nũciationem. Item ſi fuit relictum vniuerſitati in diem vel ſub conditione, poteſt actor ordinari ad interponendam cautionem vel ſtipulationem de legato præſtando adueniente die vel conditione. Item ad ſtipulationem damni infecti vel iudi. ſol. ſed in omnibus iſtis caſibus ſi vniuerſitas vel curia habeat ſeruum, ille illas ſtipulationes interponere

debet. Si verò ipſe actor ſtipulatus eſt ciuitati vel vniuerſitati vtilem actionem, ex illa ſtipulatione habebit ciuitas vel vniuerſitas. Viuianus.

a *Seruo potius.* ſi præſens ſit: vt ſupra titu.j. Pomponius. §.j. &.l. mutus. §. ſi procurator agat.

b *Actori.* qui deſiit eſſe, vel eſt prohibitus, vt etiam eſt.

c *Vtilis.* id eſt exercitiũ vtilis quæſitæ ciuitati. vel ipſi adminiſtratori datur vtilis: ciuitas directã habet actionẽ.

* Directa autem ſi ſeruo cautum ſit.

iudicatum ſolui: quamuis ſeruo potius [a] ciuitatis caueri debeat. Sed & ſi actori [b] cautum fuerit, vtilis [c] * actio adminiſtratori rerũ ciuitatis dabitur.

## DE NEGOTIIS geſtis.

DE NEGOTIIS geſtis.

*Dictum eſt ſupra de negotiis geſtis ſingularis hominum vel vniuerſitatis ex mandato: nunc quãdo ſine mandato.*

*Hic titulus eſt de voluntariis procuratoribus qui ſe litibus aut negotiis alienis offerunt. hi de quibus actũ eſt ſupra, mandato dominorum conſtituuntur, quo ex contractu naſcitur mutua actio mandati, vt vltro accedente aliquo ad negotia aliena ex hoc quaſi contractu eſt mutua actio negotiorum geſtorum, vna directa: altera cõtraria. De perſonis déque re ipſa titulus magis eſt quam de actione, vt titulus de procuratoribus: ſed tractatus magis de actione. qua de cauſa, vt arbitror, nõ extat alius titulus ſpecialis. De actione negotiorum geſtorum, cum tamen extet proprius de actione mãdati, quia ſcilicet tituli de procuratoribus tractatus magis etiã eſt de perſonis déq; mandato, quã de mãdati actione. Cu.*

Cõmendatio edicti.

Inſti. de obl. ex contr. §. 1.

## TITVLVS V.

Lex iſta ponit cauſas huius edicti. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

HOc edictum [d] neceſſarium eſt: quoniam magna vtilitas abſentium [e] verſatur, ne indefenſi rerum poſſeſſionem, [f] aut venditionem patiantur, vel pignoris [g] diſtractionem, vel pœnæ committendæ actionem, [h] vel iniuria [i] rem ſuam amittant.

Inter gerẽtem, & eum cuius negotia geruntur, datur actio negotiorum geſtorum vtrique. Bart.

HOc edictum.] CASVS. Iuriſcon. in prin. tractatũ hunc commendat, dicens ꝙ maximam cõtinet vtilitatẽ tam abſentium quàm præſentiũ. niſi enim aliqui eſſent qui abſentiũ negotia gererent, multotiens ſuſtinerẽt abſentiæ iacturam, eo ꝙ remanerent indefenſi: & ita res eorũ ab aliquibus puta creditoribus poſſiderentur: aliquando etiam venderentur. Item incideret in pœnam quam promiſerunt, niſi aliquis eorum defenderetur: & etiam creditores venderent pignora. Viuianus.

d *Hoc edictum.* quod eſt. ȷ. eo. l. iij. j. reſpon.

e *Abſentium.* maximè. nã hęc cauſa ſit impulſiua: vt. ȷ. de act. & oblig. l. ex maleficiis. §. ſi quis abſẽtis. & inſtit. de oblig. ex quaſi cõtract. §. j. ſed tamẽ & inter præſentes datur, vt inter curatorem datũ in teſtamento, & adultũ: vt. C. e. l. curatoris. Itẽ cuilibet etiã maiori præſenti ſi tamen ignoret quid agatur: aliàs ſcientia cum præſentia inducit tacitum mandatũ, & agitur manda: vt. ȷ. man. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & . l. ex mandato. §. j. & . l. qui fidem.

f *Poſſeßionem.* poſſeſſio datur ex illo ti. ȷ. qui. ex cau. in poſ. ea. ſed vẽditio fit ab alio qui ſequitur de bo. aut. iu. poſ. vt ex ordine eorũ patet: vt dicũt quidã, quod mihi nõ placet: imò vtrũque fit ex illo, qui. ex cau. in poſ. ea. primũ. ſ. de miſſione, fit per. l. ij. j. rñ. ſecundũ. ſ. de vẽditione, fit per aliud edictũ quod eſt in eo ti. qui. ex cau. in poſ. ea. l. Fulcinius. §. j. at ille titu. de bo. aut. iu. poſ. tractat de modo vendendi & adminiſtrãdi huiuſmodi bona ſic poſſeſſa. Et ſic fit hæc venditio ita demum ſi latitauerit: vt. d. l. Fulcinius. §. ij. & . ȷ. ex qui. cau. ma. in inte. reſti. l. item. §. hæc autem.

g *Pignoris.* ſ. conuentionalis, vt differat à præcedenti: & hæc venditio fit ex pacto vel ex lege: vt. C. de iure do. impe. l. fi. §. j. & . ij.

h *Actionem.* quam ſola conuentione patiuntur.

i *Vel iniuria.* i. per ſententiã iniurioſè latam per quã res abſentis alicui daretur: & ſic ad defendendũ venit. Vel dic [a] etiã ad agẽdũ venit. & dices iniuria. i. vſucapione vel præſcriptione, quæ eſt cõtra naturalem æquitatẽ qua dicitur neminẽ cum alterius, &c. vt ȷ. de cõdict. indebi. l. nã hoc natura. pro bono tamen publico eſt introducta: vt. ȷ. de vſuca. l. j. vnde impropriè dicitur iniuria: vt. ȷ. de iniur. l. iniuriarũ. §. j. Sed quomodo geſtor ſine mandato cõtra pręſcribentẽ agit? Reſpon. fuit de illis qui ſine mãdato admittuntur: vt. ȷ. eo. ſi autẽ. Vel dic eum geſtorẽ debere petere curatorem bonis qui vſu capiones interpellet: vt. ȷ. de mu. & ho. l. j. §. illud. in fi. §. arg. contra. C. eo. tutori. Alij dicunt quòd deberet dicere ſe

a] Bal. hic dicit iſtam. gl. eſſe ſing. ad hoc quod curator poteſt conſtitui loco abſentis ad interrumpẽdum præſcriptionem: & iſtud ꝓbat glo. circa finẽ ibi, vel dic eum geſtorem. Bolog.

A habere mandatum. & ſic re facta dubia ſatiſdet, & dominus habebit ratum. & ſic valet quod fit per eum: vt infra de iudi. licet.

SI quis abſentis.] CASVS. Ego geſſi negotia tua. ſi aliquid in tua negotia impendi, vel me alicui obligaui: licèt hoc ignores, tamen habeo cõtra te nego. geſt. actio. vt hoc mihi reſtituas: & ego tibi teneor ſi malè geſſi: quia hoc æquũ eſt & debeo reddere rationẽ.

k *Vltro citróque.* i. hinc inde: vt inſtit. de ob. ex quaſi contract. §. j.

l *Retinet.* ſic & in ꝓcuratore: vt. ſ. ti. ij. qui ꝓprio. §. ꝓcurator vt in cæteris. & . ȷ. mã. dolus.

m *Abſuturũ eſt.* quia id abeſſe videtur ei: vt ȷ. eo. ſi quis mãdato. & ſibi proſpiciẽdum eſt: vt hic, & . ȷ. pro ſocio. l. pro ſocio arbiter. ſecus in fideiuſſore qui non poteſt aliquid petere antequã ſoluat, niſi in caſibus: vt. ȷ. man. Lucius. bene dico ſecus: quia ab initio videtur mãdatum recepiſſe de ſoluẽdo: vt. ȷ. de cõdic. inde. l. indebitã. Accur.

Recitatio edicti paraphraſtica.

II. GAIVS *libro tertio ad Edictum Prouinciale.*

SI quis abſentis negotia geſſerit, licèt ignorãtis: tamẽ quidquid vtiliter in rem eius impenderit, vel etiam ipſe ſe in rem abſentis alicui obligauerit: habeat eo nomine actionem. Itaque eo caſu vltro citróque [k] naſcitur B actio, quæ appellatur negotiorum geſtorum. Et ſanè ſicut æquum eſt, ipſum actus ſui rationem reddere, & eo nomine condemnari, quidquid vel non vt oportuit geſſit, vel ex his negotiis retinet: [l] ita ex diuerſo iuſtum eſt, ſi vtiliter geſſit, præſtari ei quidquid eo nomine vel abeſt ei, vel abſuturum eſt. [m]

Iſtud dictum habet duo capita. Primò loquitur de eo qui geſſit negotia viuentis. Secundò loquitur de eo qui geſſit negotia morientis. Bartolus.

C

III. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

AIt prætor.] CASVS. Capita huius edicti ſunt duo. ſiue enim quis geſſit negotia alicuius abſentis, dicit prætor ſe eo nomine daturum actionem: & iſtud eſt primũ caput. ſiue geſſit quis negotia alicuius hereditatis vacantis, habebit hãc actionem: & iſtud eſt ſecundum caput. [HAEC VERBA.] Hic vult exponere illa tria verba, ſi quis negotia alterius. planum eſt. [PVPILLVS.] Pupillus geſſit negotia alicuius. an iſta act. teneatur? & dicitur quòd ſic, in quantũ eſt locupletior. nunquid ſi non eſt locupletior factus, locum habet cõpẽſatio: licèt ratione naturalis obligationis conueniri non poſſit? & ſi in illo negotio aliqua de ſuo impendit, & illa petat pupillus: potero eum repellere per compenſationem: dicendo, tu petis decem quæ dicis te in negotiis meis impendiſſe: hoc eſt, ex geſtione illa. x. de bonis illis ad D te peruenerunt: illa compenſes pro illis quę debes. hoc verum eſt etiam ſi pupillus non eſt locupletior. [ETSI FVRIOSI.] Aliquis negotia furioſi geſſit: & ex hoc contra furioſum habet neg. geſt. actio. Item curator ſi furioſi geſſit negotia: habet neg. geſt. actio. aduerſus furioſum. Vel dic, vt in apparatu. Accurſius. [HAEC VERBA.] Exponit Vlpianus ſecundum caput edicti prætoris, in quo dicit ſe actio. daturum ſi quis geſſit negotia alicuius quæ fuerunt ſua cum moreretur: & de illis negotiis fuit neceſſe edictum proponere: quia illa negotia quæ geſta ſunt poſt mortem teſtatoris, ante tamen aditam hereditatem, neque ſunt defuncti, neque heredis: & tamen ſi quis geſſerit negotia hereditaria, ipſe obligatur hereditati, & hereditas ipſi, ſi aliquid impendit in hereditate. Item fructus & fœtus, & ea quæ poſt mortem teſtatoris acceſſerunt, item quod ſerui adquiſierunt, venit in actio. neg. geſt. & datur his caſibus actio neg. geſt. ex interpretatione Vlpia. non ex verbis ſecundi capitis edicti. [HAEC AV- E TEM ACTIO.] Hic dicitur quòd act. neg. geſt. datur heredi, & in heredem. [SI EXECVTOR.] Egi contra te ad decem, & obtinui. iudex executorem dedit, qui miſit me in poſſeſſionem rei quæ valebat minus, puta. v. & res petita. vj. valebat. agam contra executorem act. neg. geſt. quia videtur dolo feciſſe. [INTERDVM.] Si tu geſſeris mea negotia quæ nullus gerere volebat, hoc caſu tantum mihi de dolo teneris. [HAC ACTIONE.] Si ſponte negotia mea geſſiſti, habes neg. geſt. act. Item ſi ex neceſſitate geſſiſti. Item ſi credebas teneri ex neceſſitate, & non tenebaris: tu habes neg. geſt. act. iſtis omnibus tribus caſibus: ſi quando propoſuiſti gerere negotia, dum pergeres, mandauit aliquis mihi vt ea gererem, & geſſi. & dicit quòd contra eum cuius negotia geſſi, & cuius erant indemnitates, id eſt contra eum qui geri mandauit, habeo actionem, ſcilicet mandati, & neg. geſt. Item ſi propoſui gerere: & aliquis fideiuſſit de indemnitate mihi pręſtanda ſi gererem, & geſſi: duplicem habeo actionem.

An fide-

**A**It prætor: [a] *Si quis negotia alterius,* [b] *ſiue quis negotia quæ cuiuſque cum is moritur fuerint, geſſerit:* [c] *iudicium eo nomine dabo.* Hæc verba, *Si quis,* ſic ſunt accipienda, *ſiue quæ.* [d] nam & mulieres [e] negotiorum geſtorum agere poſſe & conueniri non dubitatur. [f] *Negotia* [g] ſic accipe, ſiue vnum, ſiue plura. *Alterius,* inquit. [h] & hoc ad vtrunque ſexum refertur. † Pupillus [i] ſanè ſi negotia geſſerit, poſt reſcriptum diui * Pij etiam cõueniri poteſt in id quod factus eſt locupletior. [k] agendo [l] autem cõpenſationẽ eius † quod geſſit [m] patitur. [n] Et ſi furioſi [o] negotia geſſerim: competit mihi aduerſus eum [p] negotiorum geſtorum actio. Curatori autem furioſi vel furioſæ aduerſus eũ eámve dandam actionem Labeo ait.

Hîc iuriſconſultus incipit exponere ſecundum caput edicti: & breuiter hoc intendit: Statutum ſuper verbo non porrigitur ad illud quod ſecũdum fictionem inducitur: niſi ſpecialiter exprimatur. Bartolus.

Hæc verba, [q] * *ſiue quis negotia quæ cuiuſque cum is moritur* [r] *fuerint, geſſerit:* ſignificant illud tempus, quo quis poſt mortem ali-

cuius negotia geſſit. [ſ] de quo fuit neceſſarium edicere: quoniam neque teſtatoris iam defuncti, neque heredis qui nondum adiit, [t] negotium geſſiſſe videtur. Sed ſi quid acceſſit poſt mortem, [u] vtputa partus & fœtus & fructus, vel ſi quid ſerui adquiſierint: etſi his verbis [x] non continentur, pro adiecto tamen debent accipi. [y]

Hîc exponit illa verba, iudiciũ eo nomine dabo.

Hæc autem actio cum ex negotio [z] geſto oriatur: & heredi & in heredem [a] competit.

Contra executorem datum à prætore competit hæc actio in eo quòd dolum fecit. Bartolus.

Si executor à prætore in negotio meo [b] datus dolum mihi fecerit: dabitur mihi aduerſus eum actio. [c]

Qui gerit negotia deſerta, ſolùm de dolo & lata culta tenetur. Bartolus.

Interdum in negotiorum geſtorum actione Labeo ſcribit dolum ſolummodo verſari. Nam ſi affectione coactus, ne bona mea diſtrahantur, negotiis te meis [d] obtuleris: æquiſſimum eſſe dolum duntaxat te præſtare. quæ ſententia habet æquitatem.

An fideiuſſor aliquam actionem habet? dicitur quòd contra dominum habet neg. geſt. niſi animo donandi fideiuſſit. & hoc dicit cum. l. ſeq. quæ continuatur cum iſta. Viuianus.

a *Ait prætor.* ex hoc dicas ꝙ hæc actio eſt prætoria: ſed quidam contradicunt: vt. ȷ̃. commo. l. in commodato. §. ſicut. Sed ibi illa litera, ciuiles prꝗſtationes, &c. ad ſuperiora refertur: non ad hanc actionẽ de qua ibi ſubiicit.

b *Alterius.* ſ. viuentis.

c *Ceſſerit.* poſt mortẽ, & ante aditam hereditatem: vt. ȷ̃. ea. l. §. hæc verba. & ſic duo dicit hoc edictum.

d *Siue quæ.* vt. ȷ̃. de cõſti. pecu. l. j. §. j. &. ȷ̃. de verbo. ſignific. l. j.

e *Mulieres.* aliena negotia gerentes.

† Pupilli. Cuiac. lib. 12. obſ. c. 7.

